Descriptio et iconica delineatio novi generis vermium, stomachidae dicti, in corpore humano hospitantium ... Beschryuing en natuurlyke afbeelding der Maagige / [Cornelis Pereboom].

Contributors

Pereboom, Cornelius.

Publication/Creation

Amtelaedami (sic]) : J.C. Sepp, 1780.

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/c9yp59xv

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org



DESCRIPTIO ET ICONICA

DELINEATIO NOVI GENERIS VERMIUM,

STOMACHIDAE

Dicti, in corpore humano hospitantium:

Accedit

Obſervatio Medico-practica de LUMBRICO PER URETHRAM EXCRETO; nec non de LUMBRICO ALVINO, ut ut mortuo, parturiente.

Autore

CORNELIO PEREBOOM.

Medico Amſtelædami, Ac. Nat. Cur. Sod.

AMTELÆDAMI,
Apud J. C. SEPP, Bibliopolam.
MDCCLXXX.

10

BESCHRYVING

EN

NATUURLYKE AFBEELDING

DER

MAAGIGE,

Zynde een nieuw geslacht van Wormen in 't Menschelyk Lichaam gehuisvest.

Waarby gevoegd is,

Geneeskundige waarneeming eener WORM DOOR DEN PISWEG ONTLAST, en van eenen reeds gestorven baarende

DARMWORM.

DOOR

CORNELIS PEREBOOM,

Med. Docter te Amsterdam, Lid van de Keizerlyke Academie der Natuuronderzoekers.

Te AMSTERDAM,

By J. C. SEPP, Boekverkoper,

MDCCLXXX.

PRAEFATIUNCULA.

Hocce de Opusculo, quum partim in commune Naturae Curioſorum bonum conſcriptum eſt, partim, & praeprimis, ut civibus meis inſerviret, partim ex voluminis tenuitate, conſilium coepi, illud conſuetudini Latino-Belgicae, non ita ad verbum, ac quidem effictum, edere.

KORTE VOORREDEN.

Eensdeels vermids dit Werkje voor de Natuuronderzoekers in 't gemeen geſchreeven is, andersdeels om vooral myne Landgenooten daarmede te dienen, ook van wegens de kleinheid, ben ik te rade geworden, om hetzelve in twee Taalen te gelyk, niet zo zeer vertaald, als wel nagevolgd, uittegeeven.

STOMACHIDAE

DESCRIPTIO.

Prout in quavis doctrinâ, ita apprimè in Scientiâ Naturali, quantum eſt quod neſcimus, profitemur libenter, vel ex eò, quod Naturae Curioſis cottidiè nova occurrant objecta, hucusque equidem neglecta, notabiliter nihilominus ſtupenda, & quae immenſitate novarum Idaearum hinc derivandarum animi geſtientis elationem prae ſe ferunt. Quemadmodum hujus commatis, ut puto, erit Animal, cujus primas hisce adumbrabo lineas, ita reputans, abundanter dediſe occaſionem ulterioris rei inveſtigationis. Sanè omni exceptione majus eſt, *Stomachidam* novum Vermium conſtituere Genus, habitu externo ac praeterea oeconomia ſuâ animali a caeteris diſtinctisſimum. Abſtineam vero a levibus conjecturis, ipſa potius loquatur natura.

Hunc

BESCHRYVING

DER

MAAGIGEN WORM.

Wy erkennen gaarne onze mingevorderde kennis in alle Wetenſchappen, maar vooral in de Natuurlyke Hiſtorie, omdat den Natuuronderzoeker dagelyks nieuwe voorwerpen ontmoeten, die tot noch toe voorbygezien, echter verbazende zyn wegens derzelven byzonderheden, en wegens de Zeeën van nieuwe kundigheden, daaruit afteleiden, verrukkelyk. Zodanig meene ik het voorwerp te zyn, waarvan ik thans de eerſte ſchets voorbreng, in hoope van gelegendheid hiermede te geven tot verdere nieuwe ontdekkingen. Immers ik verbeelde my onbetwiſtbaar te zyn, dat de *Maagige* tot een ganſch nieuw geſlacht van Wormen behoord, onderſcheiden niet alleen door deszelfs uiterlyke gedaante, maar daarenboven door zyne geheel byzondere dierlyke huishouding. Doch ik weerhoude my om giſſingen voor den dag te

Hunc Vermem genericè cognomino STOMACHIDAM a Stomacho, qui principatum totius tenet, uti mox deſcribere placet.

Menſe nimirum Novembri, Anni 1779, felici cum ſucceſſu, quum clinicus diarrhoeam biliosam cum dyſenteriâ complicatam tractaveram, (unicus ferè dyſenteriae mihi obvius caſus, febribus bilioſis multivariis hoc tempore Amſtelaedami epidemice grasſantibus.)—Quare omni attentione adhibitâ, alvinas quoque foeces, quae ex atro bilioſae & ſanguinolentae erant, ut anquiſitè examinarentur, curavi ſedulò; — ecce tertio morbi die Vermis nigri coloris, longitudinis fere 14 pollicum, aquatis ipſis ſupernatabat, quo praehenſo mecum reportabam.

Hic, ſex horis exactis, aquae injectus, ipſâ ſpecificè erat levior, teres praeterea ac elaſticus, utpote liquore non tantum, verum inſuper aëre plenus ac inflatus. Trans integumentum, intra caput & caudam locatum, pellucebant internè magnae aëris bullae & praeterea liquorem coloris bilioſi conſpiciebam; valde jucundum vero praebebat ſpectaculum, quomodo iſte liquor deſcendebat ad caudam, aërem in altum

pel-

brengen, en wil liever de natuur voor my laten ſpreeken.

Ik geeve deezen Worm den geſlachtnaam van MAAGIGEN, vermids deszelfs maag een voornaam gedeelte van 't geheel bedraagd, gelyk ik nader zal voorſtellen.

Het was in de Maand November, 1779. toen ik eene waare Galloop met Rodeloop, (byna de eenigſte ziekte in zoort, die ik diestyds in Amſterdam, onder verſcheiden Galkoortzen, heb waargenomen,) met gelukkigen uitkomſt behandelde. Alle oplettenheid gebruikende, liet ik na den zwartgalligen en met bloed vermengden afgang onderzoek doen: ik vond daarin op den derden dag der ziekte een Worm, lang omtrent 14 duim, die zwart van koleur, en op den dunnen afgang dryvende was. Deezen daaruit genomen zynde, nam ik mede na huis.

Na verloop van zes uuren, in water geworpen, was dezelve zoortelyk lichter dan water, en teffens veerkrachtig rolrond, als zynde t'eenemaal met zwartachtig vocht, en voorts met lugt, opgevuld en opgeblazen. Door den doorſchynenden huid, tusſchen den kop en de ſtaart, vertoonden zich groote lugtbellen, en voorts een galkleurig vocht: het was zeer aartig om te zien, hoe dit vocht na beneden

pellendo, ſimulac caput ſurſum verſus tenebam: è contra quando ſitu inverſo caudam ſurſum verſus ferebam, jam vi gravitatis idem liquor caput petebat, ſed bullulae aëreae caudam occupabant. Saepius hoc Tentamen repetii, ut discerem, corpus membranoſum eſſe ſaccum fluido atque aëre impletum.

Vermem vero, licet vitae nulla ſigna exhibentem, nihilominus irritabilitate, vel quod magis eſt, facultate ingerendi nondum deſtitutum eſſe, evidenter allegabat ſequens Experimentum. Simulac enim ſpiritui Vini injectus eſſet, bullulas ſuas aëreas exonerabat, una cum aliquantulum liquoris ſpiritum flavedine tingentis; quò corpus imbelle corrugescebat, eò ipſo ſpiritu Vini ſpecificè gravius. Rurſus aquae tepidae injectum, dilucide eum vidi hujus ingentem quantitatem ingesſiſſe, ut toroſus, teres, inflatae veſicae inſtar elaſticus, ac aquae ſupernatans fiëret. Haec pericula aliquoties repetita, etiam atque etiam eundem ſucceſſum probaverunt. Tandem ſuscepi Vermem diſſecare, ſed praemittamus exteriorum deſcriptionem, quorum *prima Figura* ſchema exhibet.

Stomachida, ac Lumbrici teretes inteſtina paſſim occupantes, utcunque ſimiles videntur inter ſe; ſed hi aquae fundum petunt, & coloris ſunt

ex

daalde en de lugt opwaars dreef, zo menigmaal de kop wierd na omhoog gehouden; de Worm daarentegen met de ſtaart na boven omgekeerd, daalde het vocht door deszelfs zwaartekracht na den kop beneden, en de lugt klom ſtaartwaars op. Ik herhaalde dikwerf deezen Proef, en leerde daaruit, dat het lyf een zak vol vocht en lugt was.

Offchoon de Worm geen tekenen van leven had, gaf dezelve echter ſterke bewyzen van *Irritabiliteit*, of wel van haar vermogen om iets te nuttigen. Want in brandewyn geworpen, ontlaſtte zy zich van de lugt, en ook van een weinig galkleurend vocht, waardoor het lyf ſlap, ingevallen en rimpelachtig wierd, maar te gelyk zoortelyk zwaarder dan de brandewyn: hierop de Worm in laauw water geworpen zynde, zoog dezelve terſtond zichtbaar hetzelve in, wierd rond, veerkrachtig gelyk een blaas, en met lugt bezet, dryvende boven. Deeze Proeven eenige maalen herhaald, hadden ſteeds denzelfden uitſlag. Eindelyk ondernam ik, om den Worm te openen, doch vooraf zal ik deszelfs uiterlyke gedaante beſchryven, zo als die in de *Eerſte Figuur* is afgebeeld.

De Worm gelykt eenigzins na een Pier, of na die ronde Wormen, waarmede de Darmen doorgaans bezet zyn: maar deeze zinken in water,

ex rubro albescentis, ventre solidioribus repleto. Noster vero Vermis niger est, aquae supernatans: Luce quoque oppositа undulatio liquoris flavescentis in ipso, ut dixi, in conspectum venit. Caput, cujus longitudo fere sesquialterius pollicis, prope acumen ad latus, exiguo hamulo sive proboscide instructum est, & praeterea fibris annularibus sat validis, cutim corrugentibus, per totum ambitum, praesertim in medio, cingitur. Superficies capitis porro hirsuta est, squamis acutis retrorsum positis, quae tanquam pedes vermis considerari debent, mordicus caput tenentes, ut corpus antegrediatur. Continuatur caput in membrana lubricâ, cui luce oppositа fibrae circulares exiles, una cum visceribus ipsi contentis, conspiciuntur; terminatur illa vero Caudâ, capitis dimidio breviori, caeterum formâ exteriori ipsius utcunque simili, excepto quod prope extremum exiguâ fissurâ, accuratè delineata in *Primâ Figura*, videtur perforata.

Jam vero membranâ dictа, quae Vermis corpus constituebat, forfice apertâ, omnis liquor biliformis effluebat, quantitate ferè semicochlearis, cujus vero naturam non ulterius exploratus sum, dysenteriae miasma suspiciens. Acu ob-

tu-

ter, en zyn ook roodachtig wit, terwyl de buik vaſtere zelfſtandigheid bevat. Onze Worm daarentegen is zwart, dryvende op 't water. Tegen het dagligt gehouden, kan men een ſchommelend galvocht daarin waarneemen, gelyk gezegd is. De kop, die omtrent anderhalf duim lang is, heeft vooraan op zyde een klein haakje of ſnuitje, en is, vooral in deszelfs midden, langsheen bezet met ſterke ringſpieren: de oppervlakte is ſtekelachtig, door ſcherpe achterwaars ſtaande ſchubben, die voor pooten der Worm moeten gehouden worden, waarmede de kop zich vaſthoud, om het achterlyf na zich te trekken. De kop vervolgd in het lyf, zynde een glad vlies, waarin, tegen het dagligt beſchouwd, zeer flaauwe ringſpieren doorſchynen, en voorts de ingewanden, die hetzelve overkleed, eindigende in de ſtaart, die de helft korter is dan de kop, en voorts van gedaante daarmede overeenkomt, uitgezonderd dat dezelve digt by het einde met een ſpleetje op zyde langsheen lopende ſchynt doorboord. De *Eerſte Figuur* ſteld den Worm naauwkeurig afgebeeld voor.

Dit Vlies, of liever de Worm in deszelfs middellyf, met een ſchaartje geopend wordende, liep al het galachtig vocht daar uit, ter hoeveelheid van omtrent een halve lepel vochts: ik durfde hetzelve niet nader onderzoeken uit

vree-

tuſo aperturae inmiſſo, facile Vermem diſſecui a capite utque ad caudam, visceribus inde prolapſis, uti in *Secunda Figura c c* concinnè repreſentantur, quemadmodum & in *Tertiâ*, Membranae fibrae circulares microſcopio clarius produnt, quaevis tertiam partem circuli conficiens, a ſocio diviſa fibris antagoniſtis rectis, quo hujus membranae mechanismus cum tubo inteſtinali corporis humani aliquomodo comparari licet.

Porro acum obtuſum intruſi oeſophago, (hoc eſt canali per medium capitis longitudinaliter decurrenti,) ductum ex interiori, intra membranam patulo, verſus capitis initium, donec ad proboscidem progreſſus obſtaculo occucurrit, forte quoniam ſphincter oris ibidem erat conſtrictus: certius vero ex his aſſequi licet, quomodo ingeſta per oeſophagum directe in membranam, jam examini ſubjectam, veniunt, quam ergo tanquam Stomachum ſalutandam puto.

Nec minus acû obtuſo via patula erat per canalem juxta axin Caudae decurrentem ad extremum usque, quod vero alia adhuc viſcera in caudam deſtillent, fortè virga, colligo vel ex foramine ad latus poſito, ab ano diſtincto,

cu-

vreeze voor beſmetting van de Rodeloop, maar bracht een ſtompe naald in de opening, en onder deszelfs geleide opende ik het lyf van den kop tot aan de ſtaart, wordende netjes in de *tweede Figuur cc* afgebeeld, te gelyk met deszelfs ringſpieren, door 't vergrootglas duidelyker gemaakt, die ieder een derdedeel van een Cirkel uitmaaken, en tuſſchen malkanderen juiſt regtheen lopende ſpieren vertoonen, waardoor deszelfs maakzel met dat van het menſchelyk darmkanaal veel overeenkomſt heeft: de *derde Figuur* ſtelt alles duidelyk voor.

Een ſtompe naald door den ſlokdarm, (dat is door het kanaal, in de midden van den kop, langsheen doorlopende,) van binnen na het vooreinde gebracht zynde, kwam tot aan het ſnuitje, en ſcheen aldaar te ſteuiten, waarſchynlyk door ſluiting van den ringſpier der mond, maar leerde genoegzaam duidelyk, dat het voedzel door den kop regelregt in dit geopend Vlies was gekomen, welk derhalven voor den maag moet worden aangemerkt.

Desgelyks kon een ſtompe naald in den ſtaart gebracht worden tot aan het einde of den aars; maar dat in dit deel noch meer ingewanden zich ontlaſten, miſſchien het manlyk Lid, beſluite ik uit de ſpleet, die ter zyde van den ſtaart

te

cujus os in acumine caudae aperiri videtur, tum & ex nexu taeniolarum cum Cauda.

Summa admiratione dignum eſt, quod caput in caudam continuatur unice mediante membranâ, quam Stomachum eſſe vidimus, in qua ipſa, ne quidem microscopio, nec vaſa, nec nervos, diſcernere potui, ut nodus huc usque difficulter expediendus reſervetur, quomodo nutritio animalis peracta fuit, nec minus curioſum videtur problema, quaenam communicatio ſit inter caput & caudam, ſi nec vaſa, nec nervi ad has partes transcurrunt? An Stomachida verus eſt Androgyna, ab Hermaphroditis diſtinctus, ſi talem vermen natura uſpiam terrarum produxerit?

Scilicet Capiti appendet viscus taeniatum, in acumen deſinens, prope oſtium oeſophagi ſolummodo affixum. Hoc mediante acu obtuſo in duas Taeniolas potui ſeparare, quarum ſingula luce oppoſita mihi viſa eſt inſtar canalis inanis pulcerrimae texturae pellucentis, circulis fibroſis inſtructa. Inter utrasque interjacet congeries vaſorum & glandularum, quam vero non auſus ſum extricare prae tenerrimâ partium fabrica. Porro ad latus viſceris prope originem mediante canaliculo appendet corpuſculum glanduloſum libere in Stomacho natans, ut *Figura*

Se-

te zien is, onderſcheiden van den aars, die by het ſtaartpunt uitloopt, en de zamenhang der Ingewanden daarmede.

Het is zeer verwonderlyk, dat de kop en de ſtaart geen andere zamenhang met elkanderen hebben, als door middel van het Vlies of den Maag, reeds beſchreven, en waar in ik, ook met het vergrootglas, geen vaten, noch zenuwtakken, heb kunnen ontdekken, waardoor het vooralsnoch een raadzel blyft, op hoedanige wyze de voeding van het geheele Dier geſchied, maar inzonderheid hoe het hoofd met den ſtaart, dierlyke gemeenſchap kan hebben, vermids noch vaten noch zenuwen gewaarwordelyk van het eene deel tot het andere overgaan. Namelyk van het Hoofd der Worm hangd af een lintvormig Ingewand, met een puntachtig einde, ter zyde daar de ſlokdarm eindigd, in den maag geplaatſt. Dit Lint kon door een ſtompen naald van een geſcheiden worden in twee linten, die een overheerlyk, dun, ligt, doorſchynend kanaal vertoonen, door ringvezels zeer cierlyk geſchakeerd. Tuſſchen deeze linten ligt een zamenweefzel van Vaten en Klieren, die ik thans niet heb kunnen ontwikkelen, om de groote tederheid van het ſamenſtel. Het is ſlegts de vraag, of de Maagige Worm ook inderdaad een Man - Wyf zy, indien iets

ſecunda exhibet, *quarta* vero Taeniolas jam dum ſeparatas exprimit.

Similiter caudae aliud Viſcus taeniatum appendebat, externa forma praecedenti haud intantum dispar: mox quoque in promptu erat, illud ſeparare in binis taeniolis, ſibi invicem impoſitis in ſtatu naturali, & ovaria ac caetera incluſa operientibus, praeciſe prout conchylii testae habitatorem lythophytum circumcludunt.

Ex *Figura ſecunda* elucescit, quomodo glandula *H*, mediante canaliculo, Taeniolae *E* annexa eſt, deinde ex *H* tenue aliud canaliculum ad glandulam *i* excurrit, quae porro aliquot circulos ſive annulos vaſorum vel ad minimum canalium edit, ut inde circulatio perficiatur omni ſane attentione atque ulteriori indagine digniſſima, cui negotio vero plures Stomachidae cultro anatomico ſubjiciendi eſſent.

Quod reliquum eſt ut ſitum glaudulae *i* distinctè concipiamus, meminiſſe oportet, quomodo viscus *F* cum ſuis vaſis circulatoriis ac praeterea ab his diſtincta cum appendice, quam Ovarium

eſſe

dergelyks in de natuur gevonden word? Desgelyks hangd bezyden den oorſprong van het lint een klierachtig lichaam aan een rond kanaal, volkomen los in den maag uitſpruitende. De *Eerſte* en *Vierde Figuur* zyn van dit alles een afbeeldzel.

Van den ſtaart hangd insgelyks af een lintvormig Ingewand, het reeds beſchreven volkomen gelyk, beſtaande uit twee linten, die op elkanderen lagen toen de Worm geopend wierd, en de Eijerneſten en verder ingewand in zich beſloten, op zodanige wyze als twee mosſelſchelpen hun bewoonder binnen ſluiten.

Men beſchouwe de *tweede Figuur*: het eene lint *G*, is alleenlyk daarin van het andere *E* onderſcheiden, dat een rond kanaaltje uit het midden van *E* hervoort komt, waaraan een klierachtig lichaam *H* hangd, uit welk weder een dun kanaal loopt na een anderen klier *i*, uit welken klier vervolgens eenige Cirkels of Ringen van zichbaare vaten of kanaalen ontſpruiten, welke omloop alle oplettendheid verdiend om nader onderzocht te worden: edoch waartoe meer Maagigen vereiſcht worden.

Wyders om de ligging van het klierachtig lichaam *i* ons duidelyk voor te ſtellen, moet men zich herinneren, dat het ingewand *F* met alle de beſchreven ringkanaalen, alsmede noch

esse statuo, quoniam ova ibi visibilia transparent, una cum annexà glandula *k*, intra *E* & *G* fuerit intercluſum. Jam glaudula *i* mediante canali ipſi *F* annexa eſt. Cum toto hujus viſceris apparatu verò Taeniola *G* nullatenus communicat.

Tranſeo ut Stomachidam ab aliis vermibus teretibus diſtinctum definiam: Eſt ſcilicet,

STOMACHIDA VERMIS, *Corpore Membranoſo, capite & cauda lumbricalibus.*

Quare deffert a Vermibus alvinis, qui terētes ſunt, qualis figura Stomachidis ſolummodo accidentaria eſt, quando hi nutrimento ſunt oppleti; vacuo enim Stomacho, venter exſuctus atque gracilis fit, uti ſpiritui Vini injecto accidebat.

Caeterum longè diſtinguitur ab illo, quem tanquam tertiam Taeniae ſpeciem ſacco occluſam, & lumbricum externa facie referentem, descripſit *Dionis* (*), utpote Taeniolas quas nuncupo revera viscera ſunt, ſive capiti ſive caudae ſuppendentia; (& certe Taeniola *G*,) inſtructa eſt vaſis ac nervis, uti ex *Figura* clare percipi licet. Accedit, quod ſtructura ipſa arguit, Stomachidam ani-

(*) *Diſſ. ſur le taenia p.* 21, *cit. Zuietenio.*

een ander aanhangzel, welk het Eijerneſt is, vermids de eijertjes daarin zichtbaar zyn, en waaraan een klier *k* vaſt is, tuſſchen de twee linten *E. G.* zyn beſloten geweeſt. De klier *i* is door een kanaal met *F* vereenigd. Dit geheele ſamenſtel heeft geen gemeenſchap met het lint *G.*

Ik ga over om derhalven de *Stomachide* van andere ronde Wormen te onderſcheiden, met dezelve te bepaalen.

MAAGIGE WORM *mët vliesachtig lichaam, met kop en ſtaart als van een Ronden Worm.*

Dus behoord dezelve niet onder de Darmwormen, die rolrond zyn, welke Figuur ſlegts by toeval in de Maagige is, wanneer dezelve met voedzel is opgevuld, want daarvan ontledigd, is de *Maagige* plat of ingevallen van buik, gelyk toen dezelve door my in Brandewyn geworpen was.

Wyders is dezelve een ganſch ander zoort dan dat, welk DIONIS (*) beſchreven heeft als het derde zoort van Lintworm, in een zak beſloten, veel gelykende na een ronden Worm, vermids het geene ik Linten noeme, waarlyk Ingewanden van het dier zyn, gedeeltelyk van den kop en gedeeltelyk van den ſtaart, afhanglyk en voorzien, (ten minſten een der linten,) van

(*) *Diſert. ſur le tænia p.* 21. *volgens Zwietenio.*

animal fuiſſe vivum, cujus Stomachus ſaccatus, viſcera vero Taeniatâ figurâ praedita ſunt.

Paucis adhuc de Propagine hujus & ſimilium rariorum adjiciam, vermes plerumque in *C. H.* transmigraſſe mihi videri eſu piscium. Sive quod ipſi eorumve ova vivi prius deglutiti in piſcium visceribus ſtabulant, uti Hirudo-Limaces in ovium hepatibus (*); ſive quod nidulantur in exterioribus, quemadmodum Vena Medinenſis in cruribus humanis; ſive (†) quod ipſam piscium cutim tanquam pediculi inhabitant vel occupant, perinde eſt; modo deglutiti in ventriculo hominis aptum vivendi ac generandi locum inveniant. Quo perpenſo, regula diaetetica haud levis momenti inde profluit, ſcilicet ut cauti ſimus in apparatu &uſu piscium, deinde Verminoſis tanquam minus ſalubre diſſuadeamus fercula ex arefactis, incoctis, crudis, piscibus.

Hactenus hisce quae de *Stomachidâ* notatu digniora in promptu erant, haud ineptè contrapoſitam autumo hiſtoriam adjecto Icone lumbrici teretis

van Bloedvaten en Zenuwen, gelyk in de aftekening duidelyk is aangewezen. Ook bewyſt het maakzel, dat de Worm waarlyk een rond levendig ſchepzel is, wiens Ingewanden ſlegs voor een gedeelte lintvormig zyn.

Ik zal noch iets van den oorſprong van deeze en dergelyke zeldzaamheden hier by voegen. Mynes erachtens komen dezelven veel al in 't lichaam door het eeten van viſch. Het zy de Wormen of haar Zaad levendig in den maag der viſſchen worden opgeſlokt en huisveſten, (*) gelyk de Botten in de Schaapen; of zich een neſt maaken in den huid der Viſchen, gelyk de Guineeſche Huidworm in 's menſchen ledematen; of (†) op den huid aazen, gelyk de luizen der dieren: —— en van daar ingeſlokt, weder in den maag der menſchen bekwaame plaats van groeijing en voortteeling vinden. Uit deeze bedenking zal men als een voorzichtigen leefregel mogen afleiden, om zeer keurig te zyn in het toebereiden en gebruik maken van dit voedzel, en voor wormzieke geſteldheden als ongezond verklaaren, *GEDROOGDE, ONGEKOOKTE, RAAUWE, VISCHSPYZEN.*

Dus verre het gene ik wegens de *Maagige* voor als noch te berichten had. Ik heb als een tegenbeeld of *Contraſt* in de *vyfde Figuur* na 't

(*) M. Houttuin, *Natuurl. Hiſtorie*, I. D. XIV. p. 29. Pl. CVII. *Fig.* 2. (†) *Act. Stokholm* 1760. *p.* 306.

tis vivi per urethram ejecti, cujus obſervationis olim aliquam jam (*) feci mentiònem.

DESCRIPTIO LUMBRICI PER URETHRAM EJECTI.

Olitor, 50 fere aetatis, ante aliquot tempus Nephritide laborabat, ita ut periti judicarent Calculo Veſicam occupatam eſſe, tum ex mictu doloroſo, difficili, impedito, & quocunque modo turbato; tum ex ſenſatione oneris in abdomine, titillatione virgae & caeteris hoc ſymptoma comitantibus; tum ex greſſu varicato & dolore ſpastico cruris ſinistri; tum ex urinâ, cruenta, purulenta, aquea, grumoſa, turbida, mucoſa, foetida, vel & crasſisſimâ; ſed praecipue catheterismo repetito. Ideo variis remediis uſus fuit, ut aquâ calcis, millefolio, Balſamo Sulphuris, atque Elixirio Vitrioli mynſichti, pro parte proprio marte, pro parte ex conſilio peritiorum. Tandem & horum uſûs pertaeſus poſt longum ſat intervallum, iterum meae curae ſeſe committebat. Debilis erat, ve-

(*) In *Nov. Act. Nat. Cur.* Tom. V. Obs. VI.

leven laten afbeelden een ronden Worm, door een man levendig uit den Pisblaas ontlaſt. De waarneeming achte ik wetenswaardig en gepaſt om hier by te voegen, gelyk ik daar van reeds in het vyfde deel van de *Nova Acta Naturæ Curioſorum*, melding gemaakt heb.

BESCHRYVING VAN EEN WORM DOOR DEN PISWEG ONTLAST.

Een Warmoeſier, omtrent 50 Jaaren oud, achte men zederd geruimen tyd met het Graveel gekweld, en men oordeelde dat hy een Steen in den Blaas had; zoo uit de pyn onder het wateren, welk nu eens moeijelyk toeging, dan opgeſtopt, dan onregelmatig ontlaſt wierd, waarby kwam gevoel van zwaarte in den onderbuik, kitteling in de roede en deszelfs gevolgen, met wydbeenſchen gang, en krampagtige pyn in 't linker been; als uit de pis die bloedig, etterachtig, bleek, zandig, troebel, ſlymig, ſtinkend, of zeer dik was; maar inzonderheid uit herhaalde peiling of ſondeering. Hy gebruikte daarom verſcheiden middelen, als Kalkwater, Duizendblad, Haarlemmer Oly, maar meeſt het Elixer Vitrioli Mynſicht, ten deele op eigen goedvinden, ten deele op raad van kundiger vrienden. Eindelyk

vehementibus doloribus afflictus, noctu dieque ſed praecipue dum mejebat. Urina jam adeo erat purulenta, ut plus puris ac urinae emitteret; vitra enim, lotio caute recipiendo uſitata, ad dimidium & quod excedit ſedimenti purulenti plena erant, intermixtis fruſtulis quaſi carnis recens mactati. Praeter emollientia prudenter adhuc Laudanum in uſum vocabam cum levamine, adjuncto regimine. Urina vero poſt aliquot dies, loco ſedimenti purulenti, brunneum deponebat, inſimul craſſior & ſtercoreum foetorem prodens dum laborioſius faciebatur. Accedebat emiſſio flatuum ſat fortium, ex urethrâ. Sedimentum dictum accuratius examinatum, inter caetera in eo oryzae granulum intermixtum erat ex reliquiis ciborum heſterna die ingeſtorum; & paſſim varia talia quotidie detegebam, praecipue panis ſecalinae non bene commanducata. Per quinque fêre dies inſolita haec ſecretio miſerrimè continuabat, alvo penitus obſtructa, licet eam Mannatis & Prunis debita in quantitate reſerare conabar, donec tandem Diarrhaea inſequebatur. Feces ſenſim ſenſimque liquidiores, tandem cum foetore urinoſo, ipſius ſtercoris praedominante, prodibant, ac tandem ſinceram urinam alvus deponebat. Per decem fere dies hac diarrhaeâ duodecies quandoque viceſies de die, patiens con-

ook het gebruik daarvan wars geworden, verliep een geruimen tyd, toen hy de zorge van zyn ongemak my weder aanbeval. Ik vond hem zwak, met heftige pijnen, niet ſlegts dan, wanneer hy pis loosde, maar ook tuſſchen tyds by dag en nagt. De pis was zo zeer etterachtig, dat hy meer etter dan pis loosde, zynde de glaazen, waarin hetzelve zorgvuldig bewaard wierd, meer dan de helft vol etterachtig zetzel, waarin brokjes als bloedige ſtukjes vleeſch waren. Behalven verzachtende artzenyen, maakte ik voorzichtig gebruik van het *Laudanum*, met gewenſchte verligting; daarby voegende gepaste Levensregelen. Na verloop van een dag of zes begon het etterachtig zetzel bruin te worden, de moeijelykheid van pisloozing merkelyk te vermeerderen, ook de pis dikker en met zwaaren drekſtank verzeld te zyn. Teffens ontlaſte hy gedurig hoorbaare Winden uit de Roede. Het piszetzel naauwkeurig onderzogt, vond ik onder anderen daarin een koorndopje, en men herinnerde zich dat de lyder daags te voren gekookte Ryſt gegeeten had. Vervolgens ontdekte ik van tyd tot tyd halfgekaauwde korrels van Roggenbrood, en andere overblyfzels van ſpyzen. Deeze vreemde ontlaſting duurde omtrent vyf dagen, zonder dat de elendige byna iets door den afgang ſleet, offchoon men

door

conflictebatur, ut tubus inteſtinalis inde penitus quidem exoneraretur. Interea dum abſolutè nihil urinae per urethram emitteret, aliquatenus inde ſenſit levaminis: & renovatione quaſi virium gaudebat, cibi avidus, bene quoque digerens. Licet nec adſtringentibus, ne ipſo quidem Landano, diarrhaeam compescere potuerim, ſenſim tamen ſponte ceſsabat, ut in laxitatem alvi degeneraret, fecibus nihilominus adhuc urinâ foetentibus. Tandem ut prius vehementiſſimo cum cruciatu ibat lotium, cujus ſedimentum ſtercoreum duas partes totius excedebat, continens quaecumque alvus indigeſta ex hesternis rejecerat, ut ficuum ſemina, pomorum volvas, cicerum ſiliquas, olerum fruſtulas, & ſingula ne referam, pomi Chinenſis granum compreſſum medullâ jam ſemidigeſta continebat. Quis hujus ſcenae non miſertus eſſet, exitum acerbum minitantis. Praedictis ſolummodo remediis adhibitis, cum animadverti febrem fere abeſſe, & animo fortì dolores ſubire patientem, ita admonui, ut talia alimenta caperet, quae in feces pulpoſas concoqui poſſent, ut farinacea, lactem, ova, jus carnium &c. tum & ut ipſi bis de die clysma injeceretur ex therebinthinâ mediante vitello ovorum aquae inmixtâ. Primi enematis portionem una cum urina patiens mejebat, poſt ſecundum non tantam,

door Manna en Pruimen den ſtoelgang trachte te bevorderen; waarop een buikloop volgde. Na den drekſtof onderzoek doende, bevond ik dat 'er telkens, in groote hoeveelheid, dunne, karlige, en vervolgens weeke drek ontlaſt wierd, welke openbaare reuk van pis met zich droeg, in zoo verre dat de pisreuk eindelyk den drekſtank te boven ging, ja dat 'er ten laatſten niets dan pis door den aarsdam ontlaſt wierd. Deeze Buikloop duurde omtrent tien dagen, en de Lyder had tuſſchen de twaalf en twintigmaalen daags afgang, zodat het gedarmten van allen drek ontledigd moest worden. Geduurende al deezen tyd ontlaſte de Lyder geheel geen pis door den gewoonen weg: had het ook eenigzins draagelyker van pyn, wierd behalven dit zyn ongemak, (of zo als men zegd) van harte ge zond, kreeg ſterke eetluſt, en verteerde zyn voedzel wel. Geenerleije middelen, noch ook het Laudanum, brachten ietwes toe om deezen loop te kunnen ſteuiten: dezelve hield eindelyk allengskens van zelfs op, en veranderde in eene loslyvigheid, doch de drek bleef den reuk van pis behouden. Ter zelven tyd begon de lyder weder als voorheen, en met geen minder pyn als eertyds, te loozen pis, waarvan omtrent twee derde gedeelte drekachtig zetzel was, waarin ik alles van het onverteerde kon vinden, wat hy

daags

tam, poſt tertium quartumve clysma, ſolummodo odore therebinthinae urina erat praegnans. Ita injectis plus minus decem clyſteribus, urinam iterum cum ſedimento purulento albo, minime vero ſtercoreo, vel tale peregrinum olente, ſecernebat. Nec minus dejectio regularis erat absque urinae putore. Quicquid agerem, clyſteres amplius recipere recuſabat, derelictus ab omni ſpe & cogitationem ſuscipiens, praeter Terrae Japonicae ſolutionem, ab aliorum remediorum uſu deſistere, obſervationi ſolummodo animum ſubmittens. Ita procedens interea ſenſim utcunque vires recuperavit, domum egreſſus, publicas agens conventus, olitoris functiones exercens, licet magno cum dolore urinam mittens, adeo ut languidam duceret vitam.

Poſt novem menſes ad me retulit, ſe hucusque cum praedictis remediis continuaſſe : addebat vero, mictionem lancinantem minime ſopitam eſſe, utpote cum urina purulentâ paſſim magnas frustulas quaſi ſanguinis grumoſi ejiciens, ſinceri ſanguinis particulam monſtrans mane mictam, cujus longitudo fere ſesqui pollicis erat, craſſities vero ſemi pollicis, adhuc renunciabat ſimilia quotidie accidere. Die tertio Novembris 1771. mane per urethram Lumbricum teretem expulit, quem mihi vivum videre contigit, prout ex

vir-

daags te voren genuttigd had, als korrels van vygen, klokhuis van appelen, ſchillen van erwten, verſcheiden ſtukjes van groente, en onder anderen de ſchors van een pitje van Cinaas appel, dewelke plat was, zynde het binnenſte verteerd. Ik behoef niet te verhaalen hoe deerniswaardig dit alles is te voorſchyn gekomen: men zag doorgaans den dood te gemoet, en ſtelde geen Geneesmiddelen in 't werk, behalven de reeds genoemde. Evenwel, vermids ik beſpeurde, dat de lyder geen gewaarwordelyke koorts had, maar integendeel kloekmoedig zyne ſmerten droeg, gaf ik hem deezen raad: om namelyk niet anders dan zodanig voedzel te nuttigen, welk t'eenemaal in papachtigen drek kon verteerd worden, als meelſpys, melk, eijeren, vleeſchnat, enz. en om zich tweemaal daags te laten kliſteeren met terpentyn in water ontbonden door dooijers van eijeren. Van het eerſte kliſteer wierd een gedeelte met den pis ontlaſt: na het tweede was deeze ontlaſting merkelyk minder: na het derde en vierde was ſlegts een flaauwe reuk van terpentyn in de pis. De Lyder dus tien of elfmaal gekliſteerd zynde, ontlaſte weder pis met witte ſtoffen, na etter gelykende, nu eens in meerdere, dan in mindere hoeveelheid, doch geen drek, en deszelfs ſtank was niet meer in den pis te beſpeuren. De

af-

virga egreſſum, patiens ipſum extrahebat & vitro injiciebat. Hic colore gaudet albo & in naturali magnitudine repreſentatur Figurâ quinta, ſpiritu Juniperi conſervatus. Posthac membris labefactis, vermem equidem ſocium nequaquam, ſed ingentia fruſtula, gelatinae inſtar ſanguinolentae, urinae ſedimento intermixta largiter exonerare miſer continuavit, febre praeterea hecticâ & hujus cohorte vexatus & ad ultimum vitae halitum usque dolore exquiſito mactatus, quem aliquantulum quidem compescere Laudano potui, ipſemet vero ſtrenuè religioſa patientia & piâ deditione ſui voluntati divinae ſuſtentare valuit, mente adhuc dum conſtante Iſchuria tandem vitae filum abrupit die 23 Auguſti, 1772.

afgang bleef ook geregeld en had geen pislugt meer. Hoe veel moeite ik ook doen mogt om hem te willen bewegen, dit klisteeren voort te zetten, het holp niet, hy schroomde verdere moeite, en nam moedeloos het besluit om voortaan geen middelen te gebruiken, behalven het aftrekzel van Cachou onder eene geregelde levenswyze, welke ik hem voorschreef. Ondertusschen kwam hy langzaamerhand weder op de been, over huis, na de Kerk, en aan zyn gewoonlyk tuinwerk, zonder evenwel anders dan met groote pyn te kunnen wateren: dat hem zulks zwak hield, valt ligt te bezeffen.

Omtrent negen maanden daarna verhaalde hy my, met devoorschreeven Middelen tot dus verre aangehouden te hebben; dat de pyn onder het wateren noch niet verminderd was, en dat hy met den pis, behalven etter, ook meermaalen groote stukken, als van geronnen bloed, loosde, latende my een stuk enkel bloed, 's morgens ontlast, zien, welk langwerpig, omtrent anderhalf duim lang, en een halve duim middellyns was: zeggende dergelyke stukken dagelyks te loozen. Op een anderen morgenstond ontlaste hy door de waterloozing een Worm, welke noch leefde, toen ik die zag: zodra dezelve uit de roede was te voorschyn gekomen, trok de lyder dezelve uit, en wierp die in een bierglas.

Aperto cadaveris abdomine, prout mihi humanisſime ante aliquot tempus teſtamento aegrotus legaverat, invenimus, una cum candidâ peritiâ Cl. Chirurgo *Jano Ruurhof*, aliisque amicis anatomicis:

1. Inteſtinum Colon cum Peritonaeo arctè concretum.

2. Laboraſſe defunctum herniâ epiploocele, omento in tunica vaginali procidente cum proceſſu valde attenuato, filiformi, inteſtina vero haud ſubſecuta fuiſſe, quoniam inter ſe validiſſime & ubivis fere erant concreta.

3. Fundum Veſicae externe totum cartilagineum, contrahi ineptum, induratum & cum inteſtino Colo, Caeco & Recto, ligamentis cartilagineis, nec minus latisſime cum oſſe pubis, concretum, quae ligamenta inciſa vel disrupta, pus fundebant, quare & tunica vaginalis dextra puris plena erat.

4. Catheterem veſica recipere renuebat.

5. Glandulae Meſenterii, quotquot offendimus, ſub-

Deszelfs koleur is wit, en word levensgroote in de *vyfde Figuur* afgebeeld, zoo als dezelve op den derden November 1771. is te voorſchyn gekomen, en van my in Genever bewaard word. Na deezen tyd heeft de Lyder een zukkelend leven geleid; de Worm wierd van geen tweeden gevolgd, maar van groote klonten bloed en geleyachtige ſtoffe in ontzachlyke hoeveelheid, welk dagelyks in het pisglas doorgaans een derde van het pisvocht uitmaakte: de krachten namen allengskens af, hy kreeg ſleepkoorts met deszelfs gewoone Toevallen, wordende tot het laatſte uur zyns levens beproefd door deerlyke pynen, dewelke eenigermaate alleenlyk met heulſap, maar volkomen met voorbeeldelyke Kriſtelyke gelatenheid en onderwerping aan Gods Wil konden te gemoet gekomen worden, ſtervende met vollen verſtande, aan Pisopſtoppinge, op den 23 Auguſtus, 1772.

De opening van het lyk, my reeds geruimen tyd te voren door den Lyder zelve, by uiterſte wille, vergund zynde, na de bekleedzelen en het buikvlies doorſneden te hebben, bevonden wy in gezelſchap van den door gryze ervarendheid beroemden Heelmeeſter *Jan Ruurhof* en andere Ontleedkundige Vrienden:

1. Het Kronkelgedarmte vaſtgegroeid aan het Buikvlies.

ſubſtantiae ex albo cartilagineae erant, magnitudine fere juglandum.

6. Plurima ulcera fiſtuloſa ex veſica in annexa monſtroſa inteſtina, vel & in peritonaei cavum, exibant.

7. Veſica interne omnino infarcta erat materie gelatinoſâ ejus parieti affixâ, pus mentiente incraſſatum, durâ, tenaci, glutinoſâ, parum olente, in aquâ valde ſubſidente, nullum vacuum pro urina recipienda relinquente, niſi quod rivulus ſerpentinus craſſitie ureteris urinae transcurſum formabat per ſubſtantiam dictam, tandem quoque adeo oppletum & deletum, ut ſenſim ſenſimque Iſchuria inde nata vitae filum abrumperit. Calculus in Veſica haud detectus fuit. Inteſtinum Rectum vix diſtingui poſſet, ita cum Veſica erat coalitum, quare nec locus ſuppurationis praecedentis, quae communicationi Veſicae cum Inteſtino Recto anſam praebuerat, ad votum indicari licuit. Erant interea Ureteres naturales, nec minus Renes, papillis ſolito minoribus utcunque donati. Hepar ſatis ſanum apparebat, & quod notabile, cadaver minime adipe deſtitutum erat.

Haud

2. Een Netbreuk, zodanig dat het Net in den regter Balzak was verzakt met een langen ſtaart, doch de darmen hebben niet kunnen volgen, offchoon de buikring groot genoeg ware, vermids dezelven aan elkanderen door kraakbeenige banden vaſtgegroeid en daardoor wederhouden wierden.

3. De geheele Pisblaas was uitwendig t'eenemaal kraakbeenachtig, niet in ſtaat om in te krimpen, maar balrond, ter grootte van een groot menſchenhoofd, zynde vaſtgegroeid op verſcheiden plaatzen aan den kronkeldarm, heupdarm, en regterdarm, door kraakbeenachtige banden, en door dergelyken breeden band aan den bovenrand van het Schaambeen. Deeze banden doorgeſneden zynde, ontlaſtten veel Etterſtof, waarmede ook de Regterbalzak vervuld was.

4. Het was voor ons onmogelyk om een Katheter in den Blaas te brengen.

5. De Chylklieren waren wit, hard, en ter groote van Okkernooten.

6. Verſcheiden Pypzweeren ontlaſtten zich uit den Blaas in de daaraan vaſt zynde Darmen, en in de holligheid van het Buikvlies. De plaatzing deezer Darmen was zeer wanſtallig.

7. De Blaas was van binnen geheel opgevuld

Haud mihi latet cauſa, de Vermibus in Renibus hospitantibus, qui ad veſicam tranſcendere poſſunt, a Cel MORGAGNO variis doctus exemplis; neque nodi quaſi gordii erit Quaeſtionis Solutio, quomodo in ipſis proveniant? Videlicet ſimulac Renes vel Veſica quovis modo vel disrupti ſunt vel pereſi, aditus ipſis datur patulus. Verum alia praeterea adhuc reſtat via naturalis, ſicut mihi videtur poſſe vermes per urethram intrare & de Veſicâ ad renes per ureteres adſcendere, eodem modo ac Hirudo-Limaces ab ovibus deglutiti, ex Ventriculo per ductum hepaticum ad hepar, pertingunt & ibi fetificant; cujus generationis hiſtoria nuperrime in Diſertatione, quam Societas Amſtelaedamenſis, ad artem agricolandi perpoliendum conſtituta, ſuâ probatione haud indignam judicavit, pro virili disqniſivi. Noſtrum nihilominus puto Lumbricum potius ex Inteſtino recto Veſicam intraviſſe, cujus opinionis ratio, ut deducamus, proximum eſt.

1. Ulcus in Veſica, ubi Inteſtino recto adjacet, natum fuit, forte a calculo laedente, quo Veſica dilacerata, & exinde Inteſtinum pereſum fuit, communione parietis ablatâ, ut urinae

(*) *De Caus & ſed. Morb. Ep. XI. Art. 8.*

en begroeid met eene geleiachtige zelfſtandigheid, beſt gelykende na verdikten Etter, hard, taai en kleverig, weinig ſtinkende, en in water zeer zwaar. Geen andere plaats overlatende om de pis te ontvangen als een kanaal of doorloopt, ter dikte van een pisleider welk de natuur ſlangs wyze door deeze ſtoffe gevormd had, doch eindelyk ook zodanig verſtopt of toegegroeid zynde, dat de Lyder in zyne laatſte dagen ſlegs druppelsgewyze, en eindelyk geheel geen water heeft kunnen loozen, maar aan pisopſtopping geſtorven is. Wy hebben geen ſteen in den blaas gevonden; ook was de Endeldarm niet te onderſcheiden, en dus ook niet de plaats van verzweeringe, die gemeenſchap tuſſchen de Blaas en de Endeldarm gegeeven had. De Pisleiders waren natuurlyk. De Nieren hadden zeer kleine tepels. De Lever zag 'er wel uit, en de Vetrok gants niet ontbloot van vet.

My is niet onbekend, dat 'er in de Nieren Wormen kunnen plaats hebben, die vervolgens den weg tot den Blaas kunnen vinden, gelyk Morgagnus (*b*) met veele voorbeelden bewyſt.

Het is ook geen onoploſtbaar Raadzel, hoe in de Nieren Wormen kunnen komen. Ik voor my

(*b*) *De Caus & ſed. Morb. Ep. XI. Art. 8.*

nae per anum, ſtercoris per urethram exitus acceſſerit.

2. Feces primo perruperunt veſicam, cujus cavitas iis infarcta fuit, donec ab urina affluente liquidiores facti, emejebantur, vel ad anum regurgitabant.

3. Urina, ſatis aptum ipſis clyſteribus vehiculum, acrimoniâ ſua Diarrhoeam ſuſcitavit, usque adeo donec Inteſtinum rectum ejus ſtimulo eſſet aſſuefactum: porro pro ratione exonerandi faciliori urina per anum evacuabatur.

4. Diarrhoeâ ceſſante & forte ulcere dilatato, egeſtus pro parte iterum veſicam occupavit, qui per urethram ejiciebatur, ſimulac ulcus eo obſtructum eſſet.

5. Talibus excrementis praeternaturalibus Urethra ſenſim dilatabatur, ut haud amplius intellectu mirum fuerit, quomodo ſanguinis frustulas ingentis exploderet craſſitiei non in tantum valetudinarius.

6. Clysmate Balſamico ulcus conſolidatum eſt, ut communicatio veſicae & inteſtini recti non

am-

my zie daar toe geen anderen natuurlyken weg, (wanneer het Ingewand niet is doorgevreeten, gelyk de Blaas was volgens onze waarneeming,) dan den Pisweg. Te weeten, dat deeze Wormen van buiten door den Pisontlaſter in den Blaas kruipen, en zo vervolgens door een van beide Pisleiders iu de Nieren, op dezelfde wyze als de Botten of Leverwormen, door de Schaapen levendig doorgeſlokt, langs de Galleider in den Lever komen, aldaar huisveſten, en voortteelen; gelyk ik onlangs in eene Verhandeling, door de Amſterdamſche *Maatſchappye, ter bevordering van den Landbouw*, met luiſter goed gekeurd. breedvoeriger beweezen heb. Echter komt het my meer waarſchynlyk voor, dat de Worm, waarvan hier gehandeld word, uit het gedarmte in den Blaas gekomen is; en wel op navolgende wyze:

1. Dat 'er eene Verzweering in de Blaas gekomen zy, ter plaatze daar dezelve tegen 't gedarmte aanlegd, (miſſchien door een ſteen veroorzaakt,) waardoor niet alleen de Blaas, maar ook 't Gedarmte zyn doorgevreeten, in zo verre dat 'er gemeenſchap gekomen zy tuſſchen beide, en de pis zich door 't Gedarmte heen, zo wel als de drek uit den Schagt, hebben kunnen uitgang vinden.

2. De afgang is eerſt in den Blaas gedron-

amplius locum haberet, ulcere ſolummodo in veſica relicto.

7. Veroſimilius eſt Vermem a menſe Martio usque ad Novembrim in Veſica habitaſſe, quid eum tantae molis materiem gelatinoſam perſoraviſſe, vix credibile eſt.

Atque ita paulo diffuſius de Vermis noſtri adventu ex Veſica perſcrutavi, tanto brevius ſequentem communicaturus obſervationem, nullis ex narratione deductis conſectariis.

OBSERVATIO DE LUMBRICO ALVINO, UTUT MORTUO, PARTURIENTE.

Die 19 Decembris 1779, anthelmintico purgante alicui Lumbricum teretem, vulgarium, ut ovum ovo, ſimilem, expellebam, quem in aqua communi conſervaveram nullam aliam ob cauſam, niſi ut tanto melius Stomachidam forte cum ipſo comparare queam. Ex improviſo vero die 21 ejusdem menſis appendix ex ejus ventre emanſa erat, cujus accuratam delineationem Figura Sexta ſiſtit.

Atque pauciſſimis hisce ſcientiae naturalis Cul-

to-

gen, hebbende deszelfs holligheid opgevuld, tot dat dezelve door de toevloeijende pis weder verdund, gedeeltelyk is uitgewaterd, en gedeeltelyk terug gevloeid in den Aarsdarm.

3. De pis, zynde op zichzelven een bekwaam vocht om mede te klisteeren, heeft door deszelfs scherpte Buikloop verwekt, wel zo lang, tot dat de Aarsdarm aan deszelfs prikkeling is gewoon geworden, en vermids deeze weg gemaklyker thans ware dan die van den Pisleider, hield de gewoone ontlasting van pis op.

4. De Buikloop ophoudende en misschien ook de opening der Zweeren verwyderd zynde, is de drek voor een gedeelte weder in den blaas geschoten, en telkens, wanneer de Zweeren door drek verstopt was, moest de Lyder vuiligheid uitwateren.

5. Door deeze tegennatuurlyke uitwerpzelen is de Pisleider van tyd tot tyd in wydte gerekt, zodat de man daardoor met minder onmooglykheid, niet tegenstaande gaande en staande, stukken bloeds loosde van ontzaglyke dikte.

6. Door het balzemachtig Klisteer is de Zweer zodanig gesloten, dat 'er geen gewaarwordelyke gemeenschap tusschen de Blaas en Aarsdarm plaats had, en alleenlyk de verzweering in de blaas is overgebleven.

7. Het komt my waarschynlyker voor, dat de

toribus auctor ſim, ſi preſſo veſtigio praedicti phoenomeni experimentum amplius explorare ejusque cauſam ulterius eruere placeat. Neque meherclè adeo abruptè pulcram hancce oſervationem publici feciſſem juris, niſi ipſa occaſio ſcribendi procraſtinationem diſſuaſiſſet.

Ex Icone dilucide apparet, quomodo corpus obſcurobrunneum, teres, imperſpicuum, per aperturam ex abdomine vermis productum, factâ curvaturâ ſatis notabili ad eandem aperturam iterum ventrem intrat. Juxta corpus illud canalis membranaceus transparens, corpusculum albidum continens, producitur, in canaliculum membranoſum multo tenuius prolongatus, qui inane videtur & aperturam dictam tranſit; eodem modo plures canaliculi adhuc ſubtiliores a latere propullulant.

Ex tenſione tenuioris elucescit, canalem transparentem majorem eſſe elasticum. Lumbricum eodem in ſtatu usque ad 25 Decembris depoſui, nulla mutatione amplius accedente.

Utut vero nequicquam cum re preſenti conſtituere animus eſt, ad controverſiam dirimendam, num Lumbrici ſint vivipari nec ne? illud nihilominus mihi perſuaſum habeo, canalem majorem

ma-

de Worm van Maart tot November in de Blaas heeft gehuisveſt, dan dat dezelve in later tyd die doorboord heeft, om dat dezelve dan ook door de geleiachtige ſtof zou hebben moeten doorbreeken.

Verſchoon my Lezer! dat ik den oorſprong deezer Worm dus omſtandig verhaald heb; ik zal des te korter zyn met myne derde Waarneeming, die ik daarenboven verhaalen zal, met opſchorting van myn oordeel over de oorzaak van het Verſchynſel.

WAARNEEMING VAN EEN BARENDEN DOODEN DARMWORM.

Ik dreef den 19 December 1779 door een Worm verdryvende Purgatie, iemand een ronden Worm af, die niets byzonders in zyn zoort was, en liet die in een bierglas met water t'huis brengen, met geen ander oogmerk, dan om daarmede myne *Maagige* nader te vergelyken. Ik bezag dezelven daarom verſcheiden maalen, maar vond op den 21 December, 's morgens ganſch onverwagt, een aanhangzel aan zyn lyf, zodanig als in de zesde Figuur is afgebeeld.

Ik raade de Liefhebbers der natuurlyke Hiſtorie, om in navolging ook eens ronde Wormen in gemeen water te leggen, om te zien of niet dezelve gevolgen daardoor zullen voortkomen,

materie lactescente esse impraegnatum, quem tanquam foetuum primordium hallucinarer: venia sit conjecturae, sufficiat hisce ulteriori amplificationi viam sternere.

TANTUM.

ICO-

men, en vervolgens de oorzaaken van deeze zonderlinge Baaring te verklaaren.

In de afbeelding kan men zien een donkerbruin, rond, ondoorſchynend lichaam, uit eene opening in den buik der Worm hervoortkomende, en na een aanmerkelyken bogt gemaakt te hebben, wederom daarln eindigende. Daarbenevens komt een vliesachtige heldere buis, waarin een wit lichaam plaats gevat heeft, te voorſchyn, eindigende in een veel dunder vliesachtig kanaal, welk geheel ledig is, en weder in het lyf van den Worm door dezelfde opening ingaat: op dezelfde wyze ontſpruiten eenige dunnere vliesachtige buisjes ter zyden.

Men kan uit de geſpannendheid van het dunner kanaal klaar zien, dat de dikkere vliesachtige buis veerkrachtig is. Ik heb tot den 25 December den Worm in deezen ſtaat gelaaten, zonder verdere verandering daarin te beſpeuren.

Alhoewel ik door deeze Waarneeming niets aangaande de voortteeling der Darmwormen meene te beſlisſchen, komt het my echter zeer klaar voor, dat 'er in het doorſchynende groote kanaal melkwitte ſtoffe is: en ik overreede my vaſtelyk, dat deeze ſtoffe het vruchtbeginzel zy van jonge Wormen, zonder wyders te bepaalen, of men hier om Eijeren, dan wel om eigentlyke dracht (*fœtus*) te denken hebbe: het is my genoeg hiermede aanleiding gegeeven te hebben tot verdere naſpeuringen.

VER-

ICONIS EXPLICATIO.

Fig. 1. Stomachida in magnitudine naturali.

ac. Cauda.

bc. Caput.

cc. Stomachus, praeter inteſtina, liquorem bilioſum bullulasque aëreas, continens.

a. Apertura in caudâ.

b. Proboſcis.

Fig. 2. Stomachida diſſecta.

a. Cauda.

b. Caput.

cc. Membrana, ſive Stomachus apertus.

d. Viscus taeniatum.

e. Linea ſuperficiem transcurrens.

fb. Canalis; cui appendet,

g. Glandula.

D. Inteſtini taeniati, jam biſidi, radix.

E. Taeniolum.

F. Ovarium.

G. Taeniolum alterum.

H. Glandula, taeniolo E, nec minus ſyſtemati vaſorum, annexa.

k. Ovulum, diſtinctisſimè conſpicuum.

lll. Circuli vaſorum.

mm. Alii circuli.

n. Ovarii Extremum.

Fig.

VERKLARING VAN DE PLAAT.

Fig. 1. De Maagige Worm in natuurlyke grootte.
ac. De Staart.
bc. De Kop.
cc. De Maag, waar in, behalven de Ingewanden, het galachtig vocht met een lugtbel.
a. Het ſpleetje in den Staart.
b. Het Snuitje.

Fig. 2. De Maagige ontleed.
a. De Staart.
b. De Kop.
cc. Het Vlies of de Maag open geſneden.
d. Het lintvormig ingewand.
e. Een ſtreep midden op deszelfs oppervlakte.
fb. Een Kanaal, waar aan hangd,
g. Een Klier.
D. De oirſprong van het lintvormig Ingewand, thans in tweeën geſcheiden.
E. Een Lint.
F. Het Eijerneſt.
G. Het tweede Lint.
H. Een Klier aan E vaſt, gemeenſchap hebbende met het zamenweefzel van Vaten.
k. Een Eitje, zeer zichtbaar.
lll. Kring van Vaten.
mm. Andere Kringen.
n. Einde van 't Eijerneſt.

Fig. 3. Tunicae Stomachi particula ſeorſim exhibita.

Fig. 4. Cauda cum ejus Viſcere extricato.

d. Viſceris taeniati radix,
oo. In duabus Taeniolis diſtincti, unà cum,
p. Filis ſeu fibris intermediis.

Fig. 5. Lumbricus per Urethram ejectus.

Fig. 6. Lumbricus alvinus.
r. Canalis atrobrunneus, materiei opacae plenus, ex verme diſtincte productus.
s. Canalis transparens, cui ineſt materies, lactis coagulati, in ipſo verme continuantis, haud diſſimilis:
t. Canalis tenuior, priori continuus, valde tenſus.
vvv. Canaliculi transparentes minores.

NB. Quicunque Canales ex unâ eâdemque aperturâ in medio Corporis conſpicuâ proveniunt & facto circulo ipſiſſimam intrant.

FINIS.

Fig. 3. Een ſtukje van het Maagvlies afzonderlyk afgebeeld.

Fig. 4. De Staart met deszelfs ontwonden Ingewand.

d. 't Begin van het Lintvormig Ingewand,

o o. In twee Linten onderſcheiden, met

p. Vezeldraaden tuſſchen beide.

Fig. 5. Een Worm door den Pisweg ontlaſt.

Fig. 6. Een Darmworm.

r. Een zwartbruin Kanaal vol ondoorſchynende ſtoffe, duidelyk uit het lighaam voortkomende.

s. Een doorſchynend Kanaal, waarin een melkwitte korlachtige ſtof te zien is; insgelyks in 't lighaam zichtbaar.

t. Een dunner Kanaal daar aan en aan 't lighaam vaſt, zeer geſpannen ſtaande; doorzichtkundig boven op het lichaam van den Worm vertoond.

v v v. Kleindere doorſchynende Buisjes.

NB. Alle deeze Kanaalen komen uit eene en dezelfde opening, in 't lichaam der Worm hervoort, en eindigen wederom daarin.

EINDE.


Fig. 1.
Fig. 2.
Fig. 3.
Fig. 4.
Fig. 5.
Fig. 6.
a
b
c
d
e
f
g
h
i
k
l
m
n
o
p
r
s
t
v
D
E
F
G
H
Nic. Everd. Poreboom, delineavit 1779.

DUÆ
DISSERTATIONES
IN
PUBLICIS SCHOLIS CANTABRIGIÆ
HABITÆ

I. Praxi Medicinæ non eſt apprime neceſſaria Scientia Anatomica.

II. Fœtuum Deformitates non oriuntur ab Imaginatione Prægnantis.

QUIBUS SUBJUNGITUR

Florilegium Medicum ſive Excerpta quædam ex Hippocrate Græcè, cum novâ Latinâ Verſione, Notis quibuſdam additis et Emendationibus propoſitis.

A THOMA OKES, M. D. Cantab.

CANTABRIGIÆ,

Typis Academicis excudebat J. ARCHDEACON.

Proſtant venales apud T. & J. MERRILL, et J. WOODYER, Cantabrigiæ; J. BEECROFT, BEN. WHITE, et T. CADELL, Londini; et D. PRINCE, Oxonii.

M. DCC. LXX.

DIGNISSIMO PRÆPOSITO

VICE-PRÆPOSITO

SOCIIS ET ALUMNIS

COLLEGII REGALIS CANTAB.

HOC

OPUSCULUM

D. D. D.

EJUSDEM COLLEGII

NUPER SOCIUS THOMAS OKES, M.D.

PRAXI MEDICINÆ

Non eſt apprime neceſſaria

SCIENTIA ANATOMICA;

DISSERTATIO

HABITA IN

SCHOLIS PUBLICIS CANTABRIGIÆ

A THOMA OKES, M.D.

13 CALEND. JUNII 1769.

Ne mortuorum quidem lacerationem neceſſariam eſſe. Quæ etſi non crudelis, tamen fœda ſit, cum aliter pleraque in mortuis ſe habeant. CELSUS.

DISSERTATIO I.

Praxi Medicinæ non eſt apprime neceſſaria Scientia Anatomica.

IN tali virorum cœtu doctis omnibus exculturum artibus, in ipſis ſapientiæ ludis, in philoſophorum ſcholâ, talia differentem, nonnulli fortaſſis me increpent, arrogantiæ petulantis reum me arbitrentur, utpote doctrinæ ruinis, ignorantiæ fundamenta jacere tentantem, utpote coronam immortalitatis Harveii, Bellini, aliorumque in anatomicâ ſcientiâ clariſſimorum virorum hærentem capiti detrahere audentem; ſed non is ſum qui imperia in artibus meditor, aut de devicto literarum orbe triumphos mihi ſpondeam, Ἡ γὰρ ἀπειρίη κακὸς θησαυρὸς, καὶ κακὸν κειμήλιον τοῖσιν ἔχουσιν αὐτέην, καὶ ὄναρ καὶ ὕπαρ—εὐθυμίης καὶ εὐφροσύνης ἄμοιρος δειλίης τε καὶ θρασύτητος τιθηνὴ. Veræ tamen philoſophiæ eſt dubitare, nullius utcunque maximi jurare in verba magiſtri. Dubitatio veritatem indagandi ſola eſt via, nullius ergo unius diſciplinæ legibus adſtricti quid ſit in quaque re probabile ſemper requiremus. Λέγουσι δὲ τινὲς καὶ ἰητροὶ καὶ σοφισταὶ ὡς οὐκ ἔνι δυνατὸν ἰητρικὴν εἰδέναι ὅστις μὴ οἶδεν ὅ,τί ἐστιν Ἄνθρωπος, καὶ ὅπως ἐγένετο πρῶτον, καὶ ὅπως συνεπάγη, ἐγὼ δὲ τουτέων μὲν ὅσα τινὶ

τινὶ εἰρῆσθαι σοφιστῇ ἢ ἰητρῷ ἢ γέγραφθαι περὶ φύσεος ἧσσον νομίζω τῇ Ἰητρικῇ τεχνῇ προσήκειν, ἢ τῇ γραφικῇ. Talia divinum Hippocratim ex ore ſuo fundentem licet audiverimus, non negandum eſt, anatomicos de republicâ literariâ bene meruiſſe, et dum plorandum eſt ſuis meritis non reſpondiſſe favorem, laudandi ſunt quam maxime eorum conatus. Μεμφθῆναι μὲν ἔν ἑδενὶ αὐτῶν ἀξιόν ἐστιν, εἰ μὴ ἐδυνήθησαν ἐξευρεῖν, ἐπαινέσαι δὲ μᾶλλον πάντας ὅτι ἄλλ' ἐπιχειρίσαντο ζητῆσαι.

Quis Eraſiſtratum vias lacteas perluſtrantem ſatis admirari poteſt? Quis Bellini tubas flexiles, contortas, Lynceam oculorum aciem fugientes evolventem, proceſſus mammillares eatenus velut oſtia Nili reconditos nunc ſuos latices depluentes plane oſtendentem.

Ipſum Harveium videre videor varia animalia diſſecantem, naturæ rerum perſcrutandæ intentum, circulationem ſanguinis, generationis theoriam, non ex libris, non ab aliorum fabellis, non ex laſcivientis phantaſiæ conamine, ſed ab ipsâ autopſiâ, ab ipſis animalibus, variis impregnationis temporibus diſſectis probare tentantem, et non minus miror, quam amo ridentem eos a Galeno, Ariſtotele, vel aliquo magno nomine omnia conſummata adeo atque abſoluta credentes ut ne hilum ſuperaddi poſſit.

Quid Ruyſchii injectiones, quid ſingulorum hominum opera, ſingulas inveſtigationes, quibus aliquid novi anatomicæ additum fuit ſcientiæ recenſerem? Vobis, omnibus ſane medicinæ cognita tyronibus. Sed dum eos veri-

veritatis indagatores laudamus, quid concivium ſaluti, quid coævis poſteriſque eorum labores protulerunt conſideremus; bonine aliquid?

Cadavera ſane perſcrutanti, anatomicorum libri evoluti et perlecti, velut chartæ geographicæ, patriam, rivos, montes, variis coloribus pictos deſcribentes, de populorum vero legibus, moribus, immo de populis ipſis penitus tacentes apparent.

Quam inefficax eſt anatomica ſcientia ad morborum cauſas cognoſcendas, ſymptomata, dolores levandos, in effectibus præveniendis varias corporis partes, earum morbos conſideranti patet. Quamvis enim ſi mentem ſerio adplicuerimus, quid de facto agat natura, et quibus in operatione ſuâ utatur organis deprehendere valeamus; modus tamen quo illa operatur, mortales ſemper latebit, neque hoc mirum eſt cum longe credibilius ſit nos miſellos homunciones ab illuſtri vitæ luciſque regione exulantes, methodum quâ in fabricandâ machinâ uſus eſt ſapientiſſimus Artifex, capere nullatenus poſſe, quam fabrum ferrarium rudem prorſus et imperitum neſcire quo pacto concinnetur automaton horarum index, cujus ſtructura et motus exquiſitiſſimam artis elegantiam præ ſe ferunt.

Sed cum morborum plerorumque cauſas e nervorum affectionibus oriri, omnes uno ore conſentiant medici : nervorum imprimis originem, ſtructuram, connexiones, poteſtates ut ſciamus neceſſe eſt, priuſquam morborum cauſas in iis exiſtentes, ab iis ortas removere

poſſimus. Χρὴ γὰρ ἀνερωτᾶν αὐτίκα ἀτρεκέως τὸ αἴτιον. Sed proh dolor! noſtra ignorantia nullibi magis quam hic noteſcit, ταὐτὰ ὐκ ἐν εὐδήλω, κὴ πολλὰ ἐϛι, de medullosâ cerebri parte, de medullâ ſpinali, omnium nervorum origine nihil dicam, cujus textura adeo mollis, pulpoſa, ut etiam an ſit vaſculoſa, Ruyſchii, viri in arte ſuâ celeberrimi ſubtiliſſima injectio, Lewenhoeckii microſcopia perpolitiſſima, ſub judice adhuc reliquerunt.

Nervos igitur majores quoſdam ipſis oculis cultro anatomico patefactos conſideremus: quos poſt exitum e medullosâ parte, tunicâ forti, membranosâ indutos, munitos, ad varias corporis partes tendentes, aut ad motus diverſos promovendos, aut ſenſibus, vel utriſque facultatibus inſervientes facillime inveſtigare poſſumus. Eos ex variis, minutiſſimis chordis parallelis in faſciculos collectis compoſitos, membranâ cellulari ſibi invicem connexos eſſe ex tranſversâ inciſione plane conſtat. Omiſſis omnibus aliis unum tantummodo nervum deſcribere neceſſe eſt *v. g.* intercoſtalem, qui a ganglio maximo ortus pone pharyngem et ante vertebrarum trium primarum apophyſes poſito, cum carotide arteriâ internâ poſt varias ramificationes oſſeo canali apophyſeos petroſæ donatas, iterum unitus cranium intrat, quinto et ſexto pari jungitur, viſûs, auditûs, vocis, deglutitionis organis ramos ſuppeditat, deinde in ſuo per thoracem tranſitu, cum nervis pulmonum, cordis, coſtarum, non tantum intime connectitur, ſed præcipuas ipſe agit partes

in

in cordis ſyſtole, diaſtole, et pulmonum motibus promovendis. Hinc diaphragmati, abdominis totius viſceribus, internis partibus generationi ſubſervientibus ſummum præbet auxilium. Ex accuratâ cognitione hujus nervi tam late ſuas exercentis vires, quis non ætiologiam ſymptomatum plerorumque morborum deductam eſſe ſperaret? Spes iſtas fallaces eſſe dolendum. Prudens cauſas morborum προηγεμένας caliginosâ nocte premit Deus.

Ad cæterarum partium corporis ſtructuram bene cognitam tranſeamus, ut quid emolumenti inde capiat ὑγιείνη ſciamus.

Oculi tanquam ſpeculatores altiſſimum obtinent locum, ex quo plurima conſpicientes, ſuo fungantur munere; hos opifex natura, qua nihil callidius eſſe poteſt, membranis tenuiſſimis veſtivit et ſepſit, pellucidis, firmis; ſed lubricos oculos fecit et mobiles, ut et declinarent ſiquid noceret, et aſpectum quo vellent facile converterent.

Attoniti flexuoſum aurium iter conſpicimus, in quo etiam proviſum eſt, ſi quæ minima beſtiola conaretur irrumpere, in ſordibus tanquam in viſco inhæreſceret. Membrana ad oſtia, introitum labyrinthæum claudit, quatuor oſſa interna, minima, muſculis ſuis donata, auditui accommodatam fabricam defendit. Caligine tamen obfuſcantur oculi, ſurditate afficiuntur aures minime ſanabili, ut uſu, et experimento quotidiano habemus exploratum.

Quam apte, quam mechanice conformatæ

ſunt

ſunt laryngis partes ad vocis modulationem, per varios gradus acutiei, et gravitatis. In internâ facie cartilaginis thyroeideæ ventriculi campaniformes ſiti, cæteris partibus conſentientibus et conſpirantibus, partes ſuas contribuunt ad gratiſſimam vitæ voluptatem præbendam, cæleſtibus nos Diis æquat, ſed ſubita nervum recurrentem occupat paralyſis, pereunt cantilenæ dulcedines, nos miſeriis ſubditos eſſe monſtrat,et ad mortalitatis noſtræ ſenſum nos reducit.

Cordis columnas carneas, arteriarum valvulas mitrales, et tricuſpidales, arterias coronarias circum cor undiquaque pulcherrime ludentes, pericardii robur dum miramur, non poſſumus quin omnipotentis Fabricatoris poteſtatem, opus laudemus, qui tam apte, tam ſcite formavit, viribus donavit, formâ polivit, ſed polypo laborantem, pericardii hydrope pene ſubmerſum quis anatomicus cordis valvularum ſtructuræ usûs doctiſſimus e mortis faucibus eripere promitteret? Re verâ horum morborum ſymptomata adeo obſcura ſunt ut vix diagnoſtica dicantur. Pulſus inæqualis, dyſpnæa, preſſionis, et anguſtiæ ſenſus circa partem anteriorem thoracis, tuſſis ſicca, cordis palpitationes, ſyncope, difficilis decubitus; omnia hæc peripneumoniam quoque comitantur, pulmonum tubercula, aortæ aneuryſma denotare poſſint.

Ex clariſſimi Malpighii obſervationibus, naturæ ſcrutatoris diligentiſſimi, diſcimus pulmones eſſe veſicularum quandam aggeriem, atque veſiculas iſtas ubique protenſas et ſinuatas

talem

talem ſitum, et nexum obtinere, ut in eaſdem ex aſperâ arteriâ, dein ex aliis in alios aditus pateſcat, donec omnes tandem in membranam pulmones inveſtientem deſinant. Porro microſcopio adhibito detexit rete quoddam mirabile ſingulas iſtas veſiculas vinciens et colligans, quod nimirum ex arteriæ et venæ productionibus, et ramificationibus minutis conſtat, quæ vaſa ſanguinem per exiles et tortuoſos ductus, per multiplices tubulorum fluxus circumagunt. Quam difficilis, quam impoſſibilis certa diagnoſis morborum, partium tam multifariam complicatarum, cratibus oſſeis circumdatarum, oculorum, manuum acceſſu prohibito! Aliquando ſane horrores vagi, febricula, dolores pleuritici, thoracem laborantem, monſtrare videntur, et puris formandi ſuſpicionem inferunt, tamen tanta eſt ſympathia omnium humani corporis partium, ut ne tunc quidem ipſum morbi ſitum elucidare queamus. Sub ipſo enim pectoris oſſe, triangularis invenitur cavitas, cellularis, ex duobus ſaccis pleuræ et oſſe pectoris formata, mediaſtini anterioris dicta, quæ inflammationis, abſceſsûs, puris ſedes aliquando fit, ut ipſe egomet ſemel vidi, pulmonibus, cordis membranâ, illæſis, naturâ ipsâ tandem morbi genus monſtrante, oſſe pectoris carioſo reddito. Præterea cum membranæ thoracis latera inveſtientes adeo arctè cum diaphragmate connectuntur, et diaphragmatis pars poſterior tantum deorſum tenditur (crure dextro aliquando etiam ad quintam lumborum vertebram deſcendente) ſi diaphragma inflamma-

tione ardeat, ut in verâ paraphrenitide, nonne dolores ut in peripneumoniâ, pleuritide, cavitatis triangularis, vel pericardii inflammatione, a lumbis uſque ad collum per tota præcordia ſentiuntur? Cum vero nulla ſymptomata medicum ad diagnoſim vel etiam puris colligendi prognoſim dirigunt, conjecturæ ex ſitu partium factæ fallaciam theoriæ anatomico cultro quaſi effoſſæ certiſſimè indigitant.

Omnibus cognitum eſt medicis tres ſaltem, quatuorve dies ad pus formandum neceſſarios eſſe, et puris formationi rigores, horrores, febres præcedere, *περὶ τὰς γενέσιας τῦ πύε οἱ πονοὶ κὴ οἱ πυρετοὶ ξυμβαίνεσι μᾶλλον, ἢ γενομενῦ.* Sed in Tulpio legitur ſenatoris cujuſdam hiſtoria quem nullis inſidiantis vomicæ notis, nedum tuſſiculâ, aut ullo ſui inceſsûs incommodo animadverſo, ſubita puris evomitio poſt biduum interemit. *Τῶν ὀξέων νεσημάτων ὲ πάμπαν ἀσφαλέες αἱ προδιαγορεύσεις ὅτε τῦ θανάτε ὅτε τῆς ὑγείης.* Hoc monitum non minus in chronicis quam acutis, verum invenitur. Licet enim hic ſenator, proculdubio non ſine morbo longo thoracis, vitam diu traxiſſet, quis, cum ne unum aderat ſymptoma, quod tuberculam pulmonum, vel etiam interni thoracis inflammationem præſagire potuit, quis inquam, mortem talem tam breviter ſecuturam eſſe prædiceret? Quis medicum feliciores promittentem, vel ſaltem ſperantem eventus culparet? Latens enim et abditum fuit vitium, nec medico nec laboranti ipſi notum, quo laborans ipſe ne conſueta munia intermiſit, neque ſe morbo teneri putavit, cauſamque interitûs ſui neſciens intus

ſe

ſe geſſit. Fernelius quoque de vomicâ pulmonis agens plures ob talem ſubitam et repentinam vomicæ diſruptionem periiſſe notat.

Quantum decepti fuerunt anatomici medici in Phthiſicorum curatione, ubi, propterea quod ſputum purulentum in maximâ copiâ prodierit, pulmones vel conſumptos eſſe vel exulceratos expectaverint, apertis vero cadaveribus, pulmones integri inveniebantur, in ſiniſtro tamen thorace, pleuræ et pericardio accreti; ab inflammatione ſcilicet membranæ inveſtientis pulmones, et pleuræ, ſed quomodocunque diſſecti, nec guttulam puris, nec vomicæ veſtigium præbentes. Sed ſi Hippocrati auſcultaviſſent fontem puris cognoviſſent. Ῥοὸι δὲ ἀπὸ κεφαλῆς διὰ ῥινῶν, καὶ ἄλλοι δι' ὑπερωὴς ἐς φαρύγγα, ἐς στόμαχον. Sinus frontales, maxillares, ſphænoeidales, pure erant repletiſſimi, et cum omnes illi ſinus in cava narium exitum habeant, illa puris pars quæ per poſteriora narium foramina in fauces delababatur, per tuſſim excreta fuit.

In morbis viſcerum abdominalium ſanandis, praxi medicinæ quæ nova ex anatome affulſit lux? Quot, et quam inexpugnabiles, næ etiam inexplicabiles totum inteſtinalem invadunt tubum! Illius ſinuoſa volumina, internam fabricam, rugoſis mirifice conſtructam plicis; glandulis innumeris Peyeri nomine donatis, mucum ſecernentibus obſitam, vaſculis abſorbentibus, ſuccum nutritivum ſecernentibus repletam contemplemur, miremur. Num minus ardet ventriculus inflammatus? num magis curationi medicorum nunc cedit inteſ-

tinorum lævitas, Λειεντηρία dicta, quam olim divini ſenis? Cujus methodum medendi eleganter et concinne deſcriptum legimus his verbis, θεραπείας δὲ προσδεῖται ἡ νοῦσος αὐτέη ἔς᾽ ἄν τό τε οὖρον χωρέηται τοῦ πινομένου κατὰ λόγον, καὶ τὸ σῶμα τῶν σιτίων εἰσίοντων αὔξηται. Καὶ τῶν χροιῶν τῶν πονηρῶν ἀπαλλαχθῇ· et alio loco Ἡ δέρματος ἀραιότης, Ἡ κοιλίης πυκνότης. Hic ſane princeps medicorum, neſcius inteſtinorum fabricæ, naturæ obſervator, bene intellexit morbi miaſmata, non qua data porta, ſed ad alia corporis loca determinata eliminari poſſe. Hinc ſudorificas, hinc emeticas procul dubio propinavit medicinas, dicit enim ὑπὸ διαῤῥοίης ἐχομένω μακρῆς ἀπὸ ταυτομάτου ἔμετος ἐπιγενόμενος λύει τὴν διάῤῥοιαν. ὁκόσοι κοιλίας τὰς κάτω θερμὰς ἔχουσι, καὶ δριμέα τὰ ὑποχωρήματα καὶ ἀνώμαλα διέρχεται, ἢν μὲν δυνατοὶ ἔωσιν ἑλλεβόρῳ τῷ λευκῷ ἀντισπᾶσαι. Quid nos? aliis quidem medicamentis ſed eidem uſui dicatis eædem intentioni ſervientibus utimur. Naturâ duce, auſpice naturâ re verâ medici ſumus. Certus enim promiſit Apollo. Νούσων φύσιες Ἰητροὶ.

Bella, jure licet matribus deteſtata, pœna hominibus a diis iratiſſimis inflicta! ſed majores dyſenteriæ crudelioris ſtrages adhuc miſerrimi lugent milites, nec irrita Peyeriana ſcientia illis miſerias vel tormina defendit:

Nonne vides audiſve perire in tempore parvo
Quam ſoleant, et quam vitaï copia deſit
Quos opere in tali cohibet vis magna?
—— nullo ceſſant nam tempore apiſci
Ex aliis alios avidi contagia morbi.

Quam

Quam vero aptas, quamque multarum artium miniſtras manus natura homini dedit! Digitorum enim facilis contractio, faciliſque porrectio, propter molles commiſſuras, et artus nullo in motu laborat, itaque ad pingendum, ad fingendum, ad ſcalpendum, ad nervorum eliciendos ſonos, ac tibiarum apta manus eſt admotione digitorum.

—— *Et ut proferre viaï*
Proceros paſſus ideo faſtigia poſſe
Surarum ac feminum pedibus fundata plicari.

Sed ſanatis inteſtinorum morbis, morte melius finitis, quam miſerrima patiuntur artus. Quos enim dirus ſuis cruciatibus infligat Volvulus videndo quis temperet a lacrymis, Ξυναναίνεται γὰρ τὸ Ἔνερον καὶ ξυμπιλέεται ὑπὸ τῆς φλεγμασίης ὥστε μήτε τὸ πνεῦμα, μήτε τὰς τροφὰς διεξιέναι, ἀλλὰ τὴν Γαστέρα σκληρὴν εἶναι, καὶ ἐμέειν ἐνίοτε, πρῶτον μὲν φλεγματώδεα, ἔπειτα δὲ χολώδεα, τελευτῶν δὲ κόπρον, καὶ δίψαν ἔχει, καὶ ὀδυνὴν, μάλιστα μὲν περὶ τὰ ὑποχόνδρια, ἀλγέει δὲ καὶ πᾶσαν τὴν Γαστέρα, καὶ πεφύσηται καὶ λύζει καὶ Πυρετοὶ ἐπιλαμβάνουσι. Si proſperos habeant eventus noſtri conatus, ſi Hippocratis veſtigiis diligentiſſime ſecutis, venæſectione, balneis calidis inſeſſione, purgationibus per os, per anum exhibitis, tandem ceſſent dolores, abeant tormina, ſtupendum dictu, horrendum auditu!

—— *Manibus ſine nonnulli pedibuſque manent*
In vitâ tamen.

Artubus ſane per veram paralyſin inutilibus redditis.

Morbis abdominis jure adſcribere licet he-

patis inflammationem, de quâ inter veteres et recentiores plurimi, et tantum non, omnes multa loquuntur, eandemque ex febre, ardore, dolore acuto, circa regionem hepatis, dijudicare ſatagunt, eandem admodum periculoſam eſſe et facile in Sphacelum abire, autumantes. Sed Hoffmannum ſi audiamus, ipſi illi auctores qui hepatitidis mentionem injecerunt, incomplete admodum, et valde obſcure acutas jecoris affectiones deſcripſerunt, et minus curate diſcrimen notârunt inter inflammationem quæ in ligamentis hepatis, et reliquis externis jecori adjacentibus hypochondrii dextri partibus occurrit, et inter illam, quam in ipſum hepar cadere volunt, eaque propter haud injuſta ſuſpicio eſt, eoſdem inflammationem in pleurâ et circa coſtas, vel in peritonæo et muſculis abdominis, pro hepatis, in convexa parte habuiſſe; vel etiam ſi duodenum, et ipſi annexi ductus biliarii, nec non pylorus inflammati fuerunt, convexam hepatis partem, ſideratam falſo credidiſſe; monet etiam Foreſtus ne imponat medico tumor dextri hypochondrii, tanquam ſit in jecore affectus, quum tamen ſit in muſculis abdominis. Omnia enim illa ſymptomata, dolor ſcilicet dextri hypochondrii, cum anxietate ſpirandi, inquietudine et febre acutâ, non niſi inflammationem partium quæ ſpurias coſtas cingunt, et quibus hepar annexum obtegitur, produnt, et hepatitis ſpuria vocari poteſt. Inter tot ſynonyma ſymptomata inflammationem adeſſe, ſed in qua parte non facile colligi queat. Hoffmannus quidem negat hepatis fabricam

inflammationi concipiendæ aptam eſſe, ſed aliquando evenire, ut vel ex hepatitide ſpuriâ intra muſculos abdominis vel membranam peritonæi conſiſtente oboriatur abſceſſus, quo rupto, pus in convexam hepatis partem effunditur, ipſumque hoc viſcus, ni maturâ apertione evocetur, aggreditur, conſumit et putrilagine inficit. Si tam paululum ex anatomicâ diſcimus ſcientiâ, ut etiam an tali morbo hepar ſubjiciatur dubitemus, diſſectis etiam poſt mortem cadaveribus, quomodo ex Anatome ſcire poſſimus ea quæ ſenſubus noſtris minus objiciuntur? Cur icteritio colore tota ſubito fœdatur cutis poſt acceptos morſus viperinos? Cur canis rabidi dens tantas cum veneno infligere poſſit miſerias? Cur variolarum contagium, aliorumque multorum morborum aëre inquinato, virus venereum ſolo contactu accipiendum eſt? Cur urinam diabetes ſuavem efficit? Cur diabetem morſus ſerpentis dipſadis producit? Cur ſtrumoſus colli tumor (ex aquam niveam bibendo ut plurimum creditur) in Alpium jugis endemicus? Cur hydrocele et ſarcocele in Gallia Narbonenſi ex nucum caſtanearum uſu oritur? Cur morbus iſte aſpectu fœdiſſimus, exitu funeſtiſſimus Poloniam ſolummodo invadit, hinc Plica Polonica dictus? Cur tophi cretacei arthriticorum juncturas, tophi venerei mediam oſſium partem præcipue cruciant? Mox media oſſa occupans caries producit, præcipue in cranio, ait Boerhavius de lue venereâ. Confitendum eſt nullam cauſam quam proximam et neceſſariam aſſignari poſſe, et ex

cauſis

cauſis intrinſecus oriri quæ nullis modis illuſtrandæ ſunt.

Sed ſi rem velim pluribus exemplis illuſtrare, ante oculos nobis morbi hæreditarii verſantur, et ii qui in habitum quaſi degenerârunt affectus, ut ſunt convulſivæ et ſpaſmodicæ nervoſarum partium paſſiones, quæ abunde viſuntur in podagricis, arthriticis, epilepticis, hypochondriacis, hyſtericis, quorum pathemata tam rebellem alunt naturam (practicis non ignotum eſt) ut non ulli auſcultent medicinæ, ſed correptos ad lethum certiſſime ducunt.

De ſympatheiâ partium a ſe invicem remotiſſimarum corporis, præcipue in vulneratis hic non eſt reticendum, ſympatheiâ prorſus inexplicabili, Hippocrati non ignotâ, apud nos frequentiſſime contingenti : faucium volo conſtrictionem, de qua mentionem fecit, τελάνοι δύο ἢ τρεῖς. ἢν μὲν ἐπὶ τρώματι γενήται πάσχει τόδε. αἱ γνάθοι σήγνυνται ὥσπερ ξύλα, καὶ τὸ στόμα ἀνοίγειν οὐ δύναται : et iterum in hiſtoria cujuſdam gubernatoris nautici cui digiti indicis os inferius fuit fractum, et poſt ſeptimum diem, ξυνεφέροντο αἱ Γνάθοι συνερειδόμεναι. Et in alio loco, de quodam, qui in pollice pedis ictum recepit, dicit αἱ Γενύες ξυνήγοντο. Experimenta et rationes deductæ ab aliis convulſionibus ſanatis opio aſſumpto, nos in hoc ſpaſmi quoque genere felicem opii uſum eſſe docuerunt.

Num magis explanata eſt via ad effectus medicaminum explicandos a ſtructurâ corporis cognitâ, quam ad morbos præveniendos et ſanandos ? Cur cantharides externe vel interne applicatæ in urinæ viis tantas cient com-

commotiones? Cur argentum vivum glandulas ſalivales efficit? Cur reſinoſa balſama urinæ odorem tribuunt violaceum? Cur ex aſparagi ſummitatibus eſis, urina mephitim exhalat? Cur nonnulli peculiarem idioſyncraſiam vel ſenſum ad hæc vel illa fovent? Cur quidam præſertim fœminæ læduntur mirifice a ſuaveolentibus? Cur datur nonnullis peculiaris averſatio ab his vel illis medicamentis? Si ex anatomia diſcendum ſit; ſemper, timeo, requirendum erit. Certiſſimis nimirum legibus, ac artificio ſibi ſoli intellecto rerum omnium generationes natura parens exſequitur quæque e cauſarum gremio in actum ac quaſi lucem educit, eorum differentias conſtitutivas in altiſſimis tenebris obvelans. — Qui ergo inter ſepulcreta anatomica diu defixus, e cadavere quovis inerti et defuncto, actionum quarumcunque animalium cauſas intimiores utcunque audacter, fruſtra tamen eruere tentat. Fruſtra per mortem ipſam, ad vitam illuſtrandam progreditur, omnes nodos cultro ſolo reſcindendos eſſe fruſtra jactitat, ac velut augur exta conſulens pro deorum effatis fruſtra commenta reportat ſua.

DEFORMITATES FOETUUM

NON ORIUNTUR AB

IMAGINATIONE PRÆGNANTIS;

DISSERTATIO

HABITA IN

PUBLICIS SCHOLIS CANTABRIGIÆ

A THOMA OKES, M.D.

9 CALEND JUNII 1769.

—— Pecudum faciles humana ad murmura linguæ.
Monſtroſique hominum partus, numeroque modoque
Membrorum, matremque ſuus conterruit infans.
Diraque per populum Cumanæ carmina vatis
Vulgantur. —— LUCAN.

DISSERTATIO II.

Deformitates fœtuum non oriuntur ab imaginatione prægnantis.

QUANTA vis, quanta poteſtas imaginationi prægnantium data fuit! Vis creativa, pæne dixiſſem, vis omnipotens; ſed hæc credulitas utcunque experientiâ niti videatur, multis, maximis, ſapientiâ in arte medicâ, ſcientiâque clariſſimis patronis ſuffulta, licet in divini ſenis, medicorum principis libro de ſuperfœtatione legitur, Ἤν τισι κυίσκεσι γῆν ἐπιθυμῆται, ἢ ἄνθρακας καὶ ἐσθίονται, ἐπὶ τῆς κεφαλῆς τὸ παιδίε φαίνεται ὁκόταν τεχθῆ, σημεῖον ἀπὸ τῶν τοιούτων. Licet ex ſcriptoribus fide digniſſimis quam plurima afferantur teſtimonia hanc opinionem roborantia, ſed cum hæc credulitas fœminis prægnantibus, timidis, nocentiſſima eſt, animi hilaritati hoſtis infeſtiſſima, cum, illas timore malorum fortaſſe non eventurorum, prægravando, maxima re verâ incommoda illis infligere poſſit omnimodis certiſſime opponi debetur.

Per animi pathemata magnas mutationes

humoribus corporis induci poſſe, per totam œconomiam motuum vitalium et animalium ingentes turbas excitatas eſſe, non negandum eſt. Ex perturbationibus primum morbi conficiuntur quæ vocant ſtoici Νοσημάτα. Tragœdias quas ira (emphatice furor brevis dicta) agit, nemini non notum eſt. Iraſcentium habitum intueri ſolummodo neceſſe eſt, conjecturam prope veram de effectibus oriundis ut faciamus. Flagrant oculi, multus in ore toto rubor, quatiuntur labra, comprimuntur dentes, horrent ac ſubriguntur capilli, tumeſcunt venæ, crebro ſpiritu pectus concutitur, parum explanatæ voces, totum deformatur corpus. Quam facillima prognoſis his cauſis deducenda ſit! Quis non cardialgiam ex ſympatheiâ capitis partium cum ventriculo, hinc quis non vomitus, vel ſaltem ad vomitum propenſionem, hinc morbum qui choleram audit; ex circulatione ſanguinis ad baſin cordis impeditâ, pectoris contractionem; quis non vertigines, apoplexias, hæmorrhagias enormes, mortem repentinam prædicere auderet? Quam grave damnum ex ardentiori deſiderio experiri poteſt peculiaris ille Germanis Helvetiſque maxime familiaris affectus, Noſtalgia vocatus, teſtatur; quo apud exteros degentes tam impenſo patriæ deſiderio tenentur, ut ſi patrios lares non repetant; proſternatur appetitus, lædatur digeſtio, flatus et ructus gignantur; et, cum languore ipſum corpus emacietur. In Obſidione Negroponti periculoſior militibus eſſe obſervabatur quam etiam ipſæ febres Hungaricæ.

Subito terrore perculſi pallent, frigent, toto contrahuntur corpore, oppreſſio circa pulmones et ſuſpiria adſunt, ſanguis membra deſerit, vomitus bilioſi, leipothymia adveniunt, mors tandem tragœdiam perficit et abſolvit. Metum, non ineleganter receſſum quendam animi et fugam vocavit Cicero. Triſtitia non minus certo, lentiori licet procedat paſſu.

Cum conſideremus quot quantaſque ſecum adfert miſerias ipſa graviditas, cum videamus fœminas nauſeâ, vomitu, proſtrato appetitu, vel eodem plane depravato, animi deliquiis, vertigine, ſummi doloribus ſtomachi, pectinis, inguinum, renum, mammarum, torpore, gravitate, dyſpnœâ, vigiliis, laborantes, ex hoc ſolo fonte derivatis, iis tot corporis morbis laborantibus miſeriarum onus quantum in nobis eſt, levandum, ſaltem medicina prophylactica propinanda eſt, et ut perniciofiores ſunt animi perturbationes quam corporis, his perturbationibus quas in vitam, hominum ſtultitia quaſi quaſdam furias immiſit atque incitavit, omnibus viribus atque opibus repugnandum eſt.

In hâc ergo re tractandâ, in hypotheſi tam diu creditâ oppugnandâ, in errore qui cum lacte nutricis ſugendus eſſe videtur, refutando, neceſſe eſt, ut partes generationi et nutritioni fœtûs ſervientes conſiderentur, ut theoriæ quædam de generatione et nutritione fœtuum breviter percurrentur, nec non ut paucula de monſtrorum formatione argumenta proferentur, et ut inde quam futilis ea eſt opinio, fœminis, nutricibuſque tam credule accepta, tam

fortiter ſecuta, tam vehementer prolata, oſtendam.

Uterus pyriformis ex nervis, vaſculis lymphaticis, ſanguiferis, telâ cellulosâ connexis, formatus, in pelvi ſitus eſt, maxime extenſilis, dilatabilis. Hujus ambobus lateribus duo corpora, ovaria dicta, cellulis bullulas tenentibus repleta, membranâ forti ligata ſunt. Ex angulis internæ cavitatis triangularis, duos videmus exeuntes canales, conicos, maxime rugoſos, ad extremitatem juxta ovaria late expanſos, fimbriatos, in abdomine liberrime fluitantes, a Fallopio nomen accipientes. Seſe aperit uterus in vaginam, per rimam tranſverſam tumidis labiis comprehenſam, os Tincæ dictam, in vaginam eductum, plenum cæterùm muco et ſinubus in tumente labro mucoſis. Cavitas uteri non imprægnati exigua eſt, ſemini maſculino recipiendo aſſignata, et fœtui nutriendo machinata plerumque.

Novum ovarium intra uterum et circa internum ejus orificium ad cervicem poſitum ſomniunt nonnulli, ſed talium figmentorum ineptias Nabothianorum (Hoffmannus licet ipſe ea credere videatur) me refutare hic non opus eſt, utpote quotidianæ experientiæ adverſantium anatomicæ.

Inter rectum inteſtinum, et veſicam urinariam duo ſeminis receptacula in viris inveniuntur. Quæ accurate injectione repleta et ſcite cultro anatomico diſſecta et præparata, cornu cervini formam repræſentant, ſingulo donatur ſingulum foramen, proprium, elaſticum, in urethram juxta caput Gallinaginis

ſeſe

ſeſe aperiens; per hæc foramina ſemen, liquor tenax, viſcoſus, animalibus repletus, vi exſiliens, in uterum, pene mediante, actu coitûs adeo propellitur ut etiam per tubas fallopianas, ovaria amplexantes tranſmittatur, ubi ova quædam imprægnat, mox in uterum deducenda. Hìc homunciolus nutrimentum recipit donec foras ejiciatur.

Humor qui in meditullio teſtis, epididymide, vaſe ejaculatorio, veſiculis ſeminalibus deprehenditur, recens tepidâ aquâ paucâ dilutus microſcopio ſpectatus, conſtat innumerabilibus, exiguis, oblongis, caudatis, vivis anguillulis, innatantibus alteri parti hujus humoris. Animalcula hæc maſculini ſeminis, rudimenta ſunt futuri corporis humani, teſtante Boerhavio. Semen maſculinum (ait Hallerus) naſcitur in teſte, deponitur in veſiculas ſeminales, expellitur ex pene, injicitur utero, fœcundat ovum. Hæc animalcula non, ut nonnulli credunt, ad irritationem prurientem ciendam, non ad venereum ſtimulum proritandum creantur; eunuchi enim, fœminæ, ſalaciſſimâ fervent libidine; his tamen animalculis liquorem mucoſum fœmininum, eunuchos carere notiſſimum eſt, nec ſane in ullo alio ſani animalis liquore inveniri poſſe. Delineatum in ovo fœtum fœminino plurima refutant ſed ſedem tantum eſſe vermiculi, novi et vitalis hoſpitis ex multis colligendum eſt. Quoad cætera generationis ſyſtemata, ex putrefactione animalia producentia, aliaque non minus falſa et temere dicta a Lewenhoeckii experimentis diu ſubverſa, ab Harveio

im-

improbata, τί δεῖ λέγειν αὐτὰ ενθάδε; ſed cum ſancto Auguſtino, jam pudet me iſta refellere cum eos non puduerit iſta ſentire, cum vero auſi ſint etiam ea defendere, non jam eorum ſed ipſius generis humani me pudet cujus aures hæc ferre potuerunt.

Fœtus ergo plantarum more adhæret utero per placentam alte ſuas agentem radices, et ut nonnulli volunt, ſuccum alimentarium ex ſanguine materno ſeparatum venæ umbilicalis extremis abſorptum finibus, per funim hepati embryonis depluentem; alii fœtum, ſolummodo per os nutritum eſſe, alii per abſorptionem ſolam cutaneam, alii ſanguinem maternum nutrimentum præbere acriter contendunt. Plurimæ ubique tenebræ, ſed alibilem eſſe liquorem amnii lymphaticum eſſe primis fœtûs temporibus magis probabile videtur. Uterum vero fabricatorem eſſe fœtûs non agnoſcendum eſt, verum ejus uſus primarius ſaltem in eo conſiſtere videtur ut ſemina maris, ovum fœminæ recipiat, retineat, foveat, calore ſuo externo vim illam inſitam, modo nobis non ſatis cognito ad opus perficiciendum ſuſcitet.

Unde et quo oritur tempore placenta ab omnibus tacetur (fortaſſis eædem radiculæ quibus ovum ovario adhæret rudimenta ſunt futuræ, carnoſæ vaſculoſæ placentæ) certum eſt non ſolum ovum imprægnatum aliquandiu in utero libere fluitare, partibus omnibus uteri circumjacentibus, nullibi vero eidem contiguum, et ex humoribus intus contentis fœtum nutriri, ſed etiam primis conceptionis

diebus

diebus fœtum in ovo libere natare, chordâ umbilicali non tandem formatâ: adhæſio autem placentæ tum primum fieri, et carnea hæc moles quæ conceptûs cum utero copula eſt generari incipit quando fœtus jam grandior mole augeſcens alterius vel ſaltem uberioris alimenti indigens vaſorum umbilicalium extremitates ad uterum mittit, ut ex eo ſuccum alibilem hauriat. Hippocrates fœtum a matre nutrimentum accipere vult eodem modo quo planta paraſitica, ex alio arbore vel in ſuis verbis per inoculationem inſita, Ὁκοσίοισι δὲ ἐς δένδρεα ἀφ' ἑτέρων δενδρέων ὀφθαλμοὶ ἐνετηθήσαν. καὶ δένδρεα γενόμενα ἐν τοῖσι δένδρεσι ζῇ καὶ καρπόφορει καρπὸν οὐκ ὅμοιον οἷσιν ἐγκείμενα ἐστὶν. Sed utcunque ſit embryonem et matrem diſtincta eſſe corpora viventia animata, ſuis partibus, vaſculis dotata, liquet, nec matrem quidlibet imperium in fœtûs conformationem vel in fœtûs jam formati actiones, exercere poſſe. Fœtus enim quaquaverſum ſe movet invitâ matre, aliquando quidem tam violenter calcitrat undique tutus, tam repentinis motibus, ut matri inopinanti terrorem incutiat.

Fœtus in utero ſæpiſſime moriuntur, putridi fiunt, matre inſciâ ſanâ. Prægnantes morti deditæ fuerunt fœtu ſalvo, ſano, poſt mortem matris in lucem vivo edito.

Noſtræ imaginationis vis in noſtra corpora quid poſſit agere? Num pallidæ, deformis Canidiæ, utcunque veneris formâ ornatam ſe eſſe exiſtumat, idcirco rugæ faciem deſerunt, amœnus idcirco roſeus in ora venit color? Num ſerpentum more ſenectutis exuvias deponere,

ponere, et gratam juventutis pulchritudinem renoveſcere per vividiſſimas imaginationis vires poſſimus?

Tam parvula quidem eſt matris poteſtas formatrix ut etiam ovum in proprio nido non deponere, re vera in ſui ipſius corporis partes non agere poſſit, ut ad actiones debitas dirigat, fimbriæ tubarum fallopianarum renuunt imperium; in venereo orgaſmo ovarium amplectantes, paulo poſt ovum recepturæ in tubam vehunt ibi pauliſper retinent, deinde iterum ſe relaxantes, onus extra uterum, inter abdominis viſcera ſæpius deponunt. Quam plurimi hujuſmodi caſus in hiſtoriâ medicâ recenſentur. In Boneti Sepulcretis legimus, in ovario ipſo conceptum factum fuiſſe, quod a creſcente fœtu ruptum una cum copioſo ſanguine in abdomine effuſo inventum fuit, utero et tubis tamen integris. In eodem cæteriſque medicorum ſcriptis in tuba fallopianâ fœtum ad ſolitam molem accreviſſe monetur. In actis Londinenſibus fœtum ad juſtam magnitudinem accretum fuiſſe, in ſuis propriis membranis involutum, placenta peritonæo adhærente inter inteſtina invenitur. In Monconis Itinere docemur fœminam, quæ diuturnos dolores partûs irritoſque conatus experta eſſet, tandem obiiſſe, diſſectam fuiſſe: in cujus ventre inventus erat puellulus egregie et optime formatus, extra uteram locatus, in ſpatio quod uterum et rectum inteſtinum interjacet, utero inſonte et illæſo. Si ergo in ſeipſam tantillum valeat mater nil in alienum corpus divinæ particulâ auræ quoque inflatum queat,

non

non illæ ad libitum mutare in novas formas corpora, non addere, non detrahere, ne etiam ſuas ideas communicare datum eſt. Quæ enim pia mater etiam ſi votis frueretur deformes proles ederet? Quæ ſi ſibi poteſtati eſſet prolem omnibus animi et corporis dotibus ſuam non ditaret? Sed fortes non ſemper creantur fortibus: quam ſæpiſſime videmus magnis e centurionibus, ex fœminis amazonianis tenellos, marcidos oriri, ἐϛὶν ὅτε τὰ τέκνα λεπτὰ καὶ ἀσθένεα γίνεϛαι ἐκ παχέος καὶ μηρὸς παχέων τε καὶ ἰσχυρῶν ἐόντων. Quam ſæpe cum poeta exclamare libet,

——— *Quis generoſum dixerit hunc qui*
Indignus genere et præclaro nomine tantum
Inſignis. ———

Si virtutes a parentibus in hæredes non deſcendere ſolent, quam iniquè creditum eſt matris ad arbitrium ſeveræ

Inſpergi corpora nævis!

Quam plurimæ ſane fœminæ (ut narrationes fide digniſſimæ, ut epiſtolæ medicæ, ut autopſia ipſa teſtatur) in lucem protulerunt filiolos non tantum mendis notatos, ſed talia monſtra quæ vix majora credentur quam

Si mulier vitulum vel ſi bos ederet agnum.

Animalia bicipitalia frequentius videntur, nonnulla ſine pedibus manibuſque inveniuntur, alia naſcuntur omnibus prædita partibus, contra leges naturæ communes deformatis.

—— Mirâ facie membriſque coorta
Androgynum, inter utrum, nec utrumque, et utrinque remotum
Orba pedum partim, manuum viduata viciſſim,
Multa ſine ore etiam, ſine voltu, cæca reperta,
Vinctaque membrorum per totum corpus adhæſu:
Nec facere ut poſſent quicquam, nec cedere quoquam,
Nec vitare malum, nec ſumere quod foret uſus.

In Kerckringio de Cacodæmone dicitur cujus caput nihil habebat quod hominem referret, facies ſimiæ, eique deformi ſimillima, cranium nec cerebrum nec cavitatem ullam habebat, quæ cerebrum reciperet, neque in orbem efformatum erat, ſed os quoddam planum, varie tamen protuberans, ſuperne depreſſum, totum cerebri, et cranii quod cerebrum continere debuiſſet, locum ſupplebat. In eodem de polydactulo monſtro datur hiſtoria, cui manus dextra ſeptem, totidemque ſiniſtra numerabat digitos, et præterea ex auriculari, rotunda quædam dependebat appendix tanquam ſi adhuc alium formatura, nondum ſuam natura expleviſſet luxuriem. Luxuriabat autem magis in formandis pedum digitis; dexter enim octo, ſiniſter novem inauditâ hactenus oſtendebat fœcunditate. Sed ſi varia monſtrorum genera hic recenſenda eſſent, Ovidiano utendum ſit ingenio. Quid enim de muliere iſtâ Auxburgienſi, quæ edidit in lucem humanum caput veſpertilionum alis circumductum. Quid de aliâ, quæ animal peperit ſerpentinâ caudâ, capite lucii, corpore lacertæ, duobus pedibus raninis. Mille alia adduci poſſent

poſſent exempla, ſed talibus præteritis quibus vix vetularum credulitas fidem adhibere potuiſſet, ad monſtrorum formationem tranſeundum eſt.

In quâ conſiderandâ multum nutricum viribus imaginationis poeticæ concedendum eſt, quæ molam vel ut ipſæ dicunt falſam conceptionem in monſtrum horrendum verterunt. Audiamus quid eſt mola in Hippocraticâ dictione. Μύλης κυήσιος τόδε αἴτιον ἐστὴν πολλὰ τὰ ἐπιμήνια ἔσπλα, γονὴν ὀλιγὴν καὶ νοσώδη ξυλλάβωσιν ἔτε κυήμα ἰθαγενὲς γίνεσθαι. καὶ ἡ μασχὴρ πληρὴς ὥσπερ κυέσης, κινέεται δὲ ἐδὲν ἐν τῇ μασχῖ. In quo quidem ſenſu nos quoque molam intelligimus, non ſine congreſſu viri oriri poſſe, ovum morbidum, embryone intus mortuo, intra tres vel quatuor primos menſes: has molas ſpongioſas, anus ignaræ carnoſas eſſe tradiderunt, quibus vivida earum vis imaginatrix, talparum, murium, piſcium, ſimillimas donavit formas. Nec mirum eſt ſi conſideratum ſit, prementibus uteri lateribus compreſſam coarctatiorem et firmiorem fieri molam, et prout magis, pluribus vel paucioribus radiculis, uteri partibus eam adhæſiſſe, quo magis vel minus ejus exitui uteri os internum ceſſiſſe, reſtitiſſe, tanto magis minuſve formam ſuam variaviſſe. Non infrequenter vidi ſanguinis grumos paucos dies poſt partum, editos adeo concretos, duros, ut vix aniculas perſuadere poſſim quin ſuperfœtationes vel ſaltem molæ eſſent, diſſecti vero nullam intus cavitatem habentes, uniformem oſtendiſſent ſtructuram. Sed quos felix imaginationis vis cuilibet animali aſſimilare poſſet facillime.

Dictum fuit desiderium ardens imaginationi potestatem signandi fœtus præbere posse. Si vere dictum esset, non tam frequenter irrita esset prolis masculini cupido. Cur precibus Deos fatigarent divites, cur donis altaria fumarent, si matris imaginationi tanta inesset vis? Sed si sexum nec donare nec mutare possit, cur cheirurgi partes ageret, cur brachia amputaret, cur vulneribus cicatricem induceret? Cur carnificis? Caput detruncaret, vivos exenteraret? Ossa dicto citius frangere posse crederetur?

Morborum effectus quam varii quam mirabiles! Embryo quatenus est animal omnibus animalium morbis ab internis causis oriundis obnoxius est, ut ex historia morborum fœtuum in utero patet. Cur hic reticendus est Gorgiæ uxoris casus, de quâ Hippocrates mentionem fecit, et cui ἀπελύθη τὸ παιδίον ἐννάτῳ μηνὶ ζῶον, θῆλυ, ἕλκος ἔχον ἐν τῷ ἰσχίῳ? Tam misera enim est ac ærumnosa generis humani conditio ut non modo innumeris malis homines per vitam crucientur, verum etiam ut intra carceres uterinos adhuc concluſi fœtus, antequam vitali hâc aurâ fruantur et lucem aspiciant, a morborum miseriis non immunes sint. Ictero fœdari in utero habitantes, compresso hepate, cysti felleâ, ab intestinis meconio repletis, et bilis regurgitatione, notissimum est. Recensendum est quoque exemplum de vesicæ calculo qui in ipso infante in utero concretus fuit. Proles fœminina mox a partu atrocia experta fuit tormina, præsertim in mictione: post tres septimanas moriebatur, et aperto cadavere, in vesicâ inventus

tus fuit calculus, inſtar nuclei mali Perſici majoris. Nullum dubium eſt jam in utero lapidem accepiſſe ſua rudimenta et principia, extra uterum enim tam brevi temporis ſpatio lapis tantæ magnitudinis vix gigni potuiſſet. — Hydrops capitis infantibus familiariſſimus eſt, matre non hydropicâ. In abortu ſeptimi menſis inter duram ac piam matrem aquæ magna animadvertebatur quantitas. In alio hydrocephalo laborante cerebrum calami ſcriptoris craſſitiem non excedebat. En veram ænigmatis ſolutionem, veram deformitatis cauſam in capite Cacodæmonis Kerckringii. Per aquam hydropicam primis temporibus in capite, cerebri tenella deſtruebatur fabrica, aquæ exitu dato, calvariæ oſſa adhuc cartilaginea ſubſidebant, et externâ quâdam uteri preſſurâ, arctius comprimebantur.

Qui naturam, effectus obſtructionis non ignorat, qui exilitatem vaſorum lymphaticorum, ſanguiferorum, embryonum, qui preſſionem capitis in itinere per anguſtias pelvis oſſei ſæpe arctiſſimas mature in animo penſitare velit, potius divini Fabricatoris potentiam, benevolentiam admirabitur in ſervando animal tam tenerum per tot pericula, potius cur tot partibus accuratiſſime formatis, tam pauci naſcantur manci, quam inveſtigationem cauſarum deformitatis difficilem eſſe putabit.

Ex obſtructione inflammatio, gangræna, ſphacelus, partium ſeparatio ſpontanea mortuarum. Si adultorum oſſibus, ætate duratis talia poſſint contingere, cur non tenerrimæ embryonum compagini? hominis quadraginta

annos nati ſeparabatur os humeri ſphacelati ad mediam circiter partem, ſolis naturæ viribus. Fœtus in lucem prodierunt umbilicali divisâ, firmiter cicatriſatâ.

Ex idioſyncraſiâ peculiari inſoliti nonnunquam oriuntur morbi. Fœminam quandam, vix ullo præcedente morbo, triginta circiter annos natam tanta oſſium fragilitas invaſit ſubito, ut nulla vi oblatâ etiam ſine lapſu cruris oſſa ſponte frangerentur, nec cheirurgi ars peritiſſima fractorum oſſium extrema uniri potuit, natura ad callum, (dyſcraſiâ quâdam urgente,) formandum non valente, ſed tandem tam mira totam oſſeam compagem ſupervenit mollities et flexitas ut quaquaverſum oſſa, aliter duriſſima, flecti et cultro facillime dividi potuiſſent. Ad hujuſmodi morbi ſpeciem referri poſſe videtur clariſſima iſta hiſtoria ex Mallebranche libro de inquirendâ veritate diſcerptâ, et majori ſane cum veriſimilitudine quam ad matris territæ ſubitam imaginationis poteſtatem.

Ex morbis cerebri partes afficientibus quam diriſſimi diſſeminantur effectus per totum corpus quotidiana addocet experientia! Convelluntur nervi, tremiſcunt artus, ſanguinis impeditur circulatio, membrorum ſupervenit paralyſis, atrophia. Hinc valgi, vari, oculis diſtortis, capite obſtipo, manibus curvatis, infantes naſcantur.

Reliquiæ plurimorum morborum qui cutim defœdare ſolent, ſunt foveæ, rubedines, longo poſt tempore, in nonnullis, nuſquam diſparituræ, quales eryſipelatis puſtuloſi, ulce-

rati

rati herpetis. Poſt cauſtici cujuſdam generis, etiam leviſſimi applicationem, velut cantharidarum, urticarum, cuticulâ iterum ſuperinductâ, quam diu, næ vero poſt quot annos rubor et applicati cauſtici remanent veſtigia! Infantum igitur mendas a morbo quodam acriter rodente intra uterum paſſo ortas eſſe, nonne eſt ut jure ſuſpicemur? Utcunque Hippocrates maximas tribuat prægnantium imaginationi poteſtates, utcunque huic faveat hypotheſi, fateri tamen cogitur invitus uteri anguſtias embryoni nocere poſſe, ἑτέρῳ τρόπῳ τοιῷδε πηρῶται παιδία, ἐπὴν ἐν τῇσι μήτρῃσι κατὰ τὸ χωρίον καθότι ϗ ἐπηρώθη ϛενὸν ἔῃ, ἀνάγκη ἐν ϛενῷ κινευμένῳ τῷ σώματος ἔῃ, πηρῶσθαι κατ' ἐκεῖνο τὸ χωρίον, ὥσπερ ϗ τῶν δένδρων ὅσσα ἐν τῇ γῇ ἐόντα, μὴ ἔχῃ εὐρυχωρίην, ἀλλ' ὑπὸ λίθου ἢ ὑπό τινος ἄλλου ἀπολῃφθῇ, ἀνατέλλον σκολιὸν γίνεται ἢ τῇ μὲν παχὺ, τῇ δὲ λεπτὸν, ὕτω δὲ ἔχει ϗ τῷ παιδίῳ γίνεσθαι ἢν ἐν τῇσι μήτρῃσιν κατὰ τί τοῦ σώματος, ϛενότερον ἔῃ ἕτερον τοῦ ἑτέρου: nec non ad hoc probandum fortius adducatur Malpighi teſtimonium, qui ovum, anſerini mole in quo fœtus acephalos fuit, ſe vidiſſe teſtatur.

Altera deformitatis origo a primâ formatione animalculæ in ſemine maſculino quærenda eſt, huc referantur proculdubio iſta bicipitalia, polydactyla, et cætera alia monſtra in quibus ultra modum ſolitum luxuriavit natura. Ipſum etiam Mallebranche audiamus hanc opinionem invitum licet corroborantem. Qui rectius et ex experientia circa difficillimam de formatione fœtûs quæſtionem ratiocinantur, dicunt, infantes jam formatos

eſſe

eſſe, ante actionem quâ concipiuntur, matreſque nil ipſis dare præter incrementum per tempus graviditatis.

Ovinum fœtum nuperrime diſſecui bicipitale, in quo arteriæ carotides ſolito more ab aortæ curvaturâ ſurrexere, tandem vero paululum ſupra thoracem a carotide novus exortus eſt ramus ad caput ſecundum tendens: ambo capita tracheâ fruebantur: duæ diſtinctæ medullæ ſpinales inveniebantur.

Duarum puellarum ſibi invicem per partes inferiores junctarum anatome nobis tranſmiſſa eſt, quæ unum tantummodo umbilicum externum habuerunt. Duabus arteriis umbilicalibus una potita eſt puella, altera unicâ. Duobus renibus hæc, illa unico, hæc cyſti felleâ, illa non. Vaginâ uterinâ, veſicâ urinariâ communi fruebantur. Cæteras, ambarum partes ſolito more diſpoſuit in omnibus operibus ſuis mirabilis Deus.

Ex duobus fœtubus more Taliacotiano unitis, hæc monſtra non (ut nonnulli volunt) formari potuerunt, quoniam gemelli in eodem ovo non incluſi ſunt, ſed ſingulo fœtui ſingulum ovum, ſingula datur placenta, ut obſtetricibus notiſſimum eſt, et præterea ſingulæ puellæ aliquibus partibus inter ſe communiter potiebantur. Imaginationi iſta formatio præternaturalis non eſt tribuenda, quod ſecundum auctorem hujus hiſtoriæ mater prægnans deſiderio quolibet inſolito vel animi pathemate non laboraviſſet.

Ut imaginatio matris fœtum afficiat, ut formam imprimat novam, neceſſe eſt ut ideam

præ-

præconcipiat mater formæ imprimendæ, non tantum externarum partium, ſed partium interne formam conſtituentium; cerebri vero fabricam hactenus omnibus incognitam non potis eſt quin neſciret ovis, ſuæ igitur imaginationis viribus, caput cerebro repletum, arteriis, venis, cæteriſque vaſculis vitæ neceſſariis præditum formare, ſpinalem medullam tam artificioſe primariæ adjungere, arterias tam ſcite ex aortâ ad caput ſecundum dimittere, novum tracheæ arteriæ additamentum pulmonibus inſerere non potuiſſet.

Ideæ matris prægnantis, formæ, coloris, duritiei, mollitiei, lævitatis, ſcabritiei, rerum viſarum, tactarum, ſonus auditi, odoris, guſtûs, embryoni non communicandæ ſunt. Scimus enim quod corpus noſtrum excipiat ab objectis ſenſibilibus nihil aliud, ut fiat ſenſus, quam mutationem in ſuperficie nervi per attactum moti objecti excitatam, et requiratur ut ea mutatio libero nervo propagetur uſque ad aliquem in cerebri medullâ locum, a ſingulo quoque nervo in ſingularem medullæ cerebroſæ plagam, ſed quodam nervo vulnerato, ligato, ipſæ matri deficiat ſenſus pro diverſitate nervi affecti. Cum ergo nervos tam ſenſuum internorum, quam externorum inſtrumenta eſſe ex experimentis conſtat, et cum mater embryoni nullis connectitur nervis, plane quoque conſtat fœtui nihil deformitatis contribuere poſſe imaginationem ſolam prægnantis ortam ex timore, gaudio, deſiderio, vel alio quodam animi pathemate. In partu enim Cæſareo quot fœtus vivi ſani ex utero matris

vivæ exſecti fuerunt, nullo doloris ſigno, ne etiam ejulatu a fœtu dato, matre licet tantas injurias paſsâ, tanto vulnere dolorifico inflicto, abdomine, utero ipſo cultro, aperto? Hìc ut mater internis quoque animi perturbationibus graviſſime adficiatur, neceſſe eſt talem operationem jamjam paſſura horrendam, quis non miſerias quas metus, triſtitia ſecum adferunt juſte reformidet? Sed dolores, cruciatus, ipſius ὑςεροτόμιας mentis humanæ limites longiſſime tranſiliunt, fœtus vero ipſi omnium læſionis ſignorum maternæ expertes in lucem extracti vixerunt, et ſenuerunt.

FLORILEGIUM MEDICUM

SIVE

EXCERPTA QUÆDAM

EX

HIPPOCRATE,

LATINE ACCURATE REDDITA:

NOTIS QUIBUSDAM ADDITIS

ET

EMENDATIONIBUS PROPOSITIS

A THOMA OKES, M.D. Cantab.

Ἤθελον ——
Ζώειν τὸν ἀποιχόμενον,
Νῦν ἔχον]' Ἀνδρῶν φίλον,
Τέκ]ον ἀνωδυνίας·
Παν]οδαπᾶν ἀλκ]ῆρα Νέσων. PIND.

PRÆFATIO.

CANDIDO LECTORI SALUTEM.

DUM Hippocratis opera diſcendi gratiâ evolvebam, non minus linguæ elegantiâ, quam materiæ utilitate perculſus, ſed ea quæ in medicinâ conſtant, falſæ philoſophiæ theoriâ adeo implicata eſſe ægre ferens, ad ſelectiora quædam excerpenda ſtudioſe me accinxi, ſperans ſane, librum utiliſſimum, medicinæ ſtudioſis gratiorem me hâc ratione redditurum fore. Quis enim, nunc dierum, tyro medicinæ Hippocratici fontis non expallet hauſtus? Nec mirum. Lindenium enim et Foeſium, (quorum editiones plerumque manibus tyronum verſantur) homines cæterum doctiſſimos et medicos peritiſſimos, interpretes tamen non fidiſſimos eſſe cenſebit qui Græca Hippocratis Opera, cum Latinâ eorum verſione comparare ſtudebit.

Ver-

Verbis inelegantibus, *v. g.* clandeſtinus, ſanguineitas, infallibilis, deligatio, &c. uſus eſt Lindenius.

In nonnullis locis omiſit verba Græca Foeſius, quæ poſuit Lindenius, ſed Latinè non reddidit: in aliis, Lindenius Latina poſuit verba, Græcis non reſpondentibus.

Hâc editione omnia exulant verba Latina quæ auctoritatem optimorum ſcriptorum ſibi non vindicant.

Si verbum verbo nimis fidus interpres reddidi, mihi condonandum eſſe ſpero cum tyronum uſui accommodata hæc excerpta eſſe volui, et ut illis ſtimulos adderem ipſos fontes adeundi (unuſquiſque enim ſibi placentia tanquam optima ſolet ſeligere) nempe divini ſenis opera, morborum accuratiſſimas deſcriptiones, ſymptomatum obſervantias, autopſiâ, (naturâ ipsâ duce) deductas tradentia.

Cæterorum Hippocratis librorum utiliora prelo quam citiſſimè mandare meditor; omnium ergo iſtius archiatri amatorum, omnium veræ medicinæ fautorum auxilium peto, eorumque animadverſiones ſive criticas, ſive lucem medicinæ afferentes gratiſſimo accipiam animo, vel, ſi vice cotis functus alium quemvis ad hoc opus perficiendum incitaverim, quicquid in me eſt ingenii quantumvis exigui lubentiſſime et hilariter contribuam, hanc enim rem arduam, hoc periculoſæ plenum opus aleæ aggreſſus ſum, *μὴ μετ' ἀισχροκερδείης καὶ ἀσχημοσύνης, ἔχεσθαι δὲ δοξὴς μᾶλλον.* Hippoc.

Hanc editionem in ſectiones diviſi eodem modo quo Vander Lindenius, et ſimiliter parvulis

vulis figuris notatas. Litera F. et figuræ additæ notant paginam et lineam in Foeſii editione primæ lineæ ſectionis in hâc editione reſpondentes. *v. g.* Jurisjurandi Hippocratis ſectionem ſecundam ſic notatam invenies. V. L. II. F. 1. 15. Hoc eſt. Primum verbum ſectionis ſecundæ Vander Lindenii, inveniendum eſt in Foeſii paginæ primæ lineâ decimâ quintâ. Vale.

Dr. *Okes* begs the favour of thoſe Gentlemen who will be ſo kind as to communicate any Obſervations, to ſend them to him at *Cambridge*, or order them to be left at Mr. *Benjamin White*'s, Bookſeller, in *Fleet-ſtreet*, *London*, Poſt paid, as the Profits ariſing from the Sale of the Book are intended for the Benefit of *Addenbrooke*'s Hoſpital in *Cambridge*.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ

ΟΡΚΟΣ.

F. 1. ΟΜΝΥΜΙ [2]Ἀπόλλωνα [3]Ἰητρὸν καὶ [4]Ἀσκληπιὸν, [5]καὶ Ὑγείαν, καὶ [6]Πανάκειαν καὶ [7]Θεοὺς πάντας καὶ [8]πάσας ἵστορας ποιεύμενος, [9]ἐπιτελέα ποιήσειν [10]κατὰ δύναμιν καὶ κρίσιν ἐμὴν, ὅρκον τόνδε καὶ ξυγγραφὴν τήνδε. [11]ἡγήσασθαι μὲν τὸν διδάξαντα μὲ τὴν τέχνην ταύτην [12]ἴσα γενέτῃσιν ἐμοῖσιν [13]καὶ βίου κοινώσασθαι· [14]καὶ χρεῶν χρηίζοντι μετάδοσιν ποιήσασθαι. [15]καὶ γένος τὸ ἐξ ἐωυτέου, ἀδελφοῖς ἶσον ἐπικρίνειν ἄρρεσι. [16]καὶ διδάξειν τὴν τέχνην ταύτην, ἢν χρηίζωσι μανθάνειν, ἄνευ μισθοῦ καὶ ξυγγραφῆς. [17]παραγγελίης τε καὶ [18]ἀκροήσιος [19]καὶ τῆς λοιπῆς ἁπάσης μαθήσιος, [20]μετάδοσιν ποιήσασθαι [21]υἱοῖσί τε ἐμοῖσι καὶ [22]τοῖσι τοῦ ἐμὲ διδάξαντος, [23]καὶ μαθηταῖσι [24]συγγεγραμμένοις τε καὶ [25]ὡρκισμένοις νόμῳ Ἰητρικῷ [26]ἄλλῳ δὲ ὐδενί.

V. L. II. F. 1. 15. [2]Διαιτήμασί τε χρήσομαι, ἐπ' ὠφελείῃ καμνόντων κατὰ δύναμιν καὶ κρίσιν ἐμήν. [3]ἐπὶ δηλήσει δὲ καὶ [4]ἀδικίῃ εἴρξειν. [5]οὐ δώσω δὲ οὐδὲ φάρμακον, οὐδενὶ αἰτηθεὶς θανάσιμον, οὐδὲ [6]ὑφηγήσομαι ξυμβουλίην τήνδε, [7]ὁμοίως δὲ οὐδὲ γυναικὶ πεσσὸν [8]φθόριον δώσω. [9]ἁγνῶς δὲ, [10]καὶ ὁσίως διατηρήσω βίον τὸν ἐμὸν, [11]καὶ τέχνην

HIPPOCRATIS

JUSJURANDUM.

JURO per Apollinem medicum et Æſculapium, et Hygeam, et Panaceam, deoſque omnes et omnes deas teſtes faciens juſjurandum hoc et ſtipulationem hanc pro viribus et judicio meo integre me ſervaturum fore. Exiſtimaturum eum qui me docuit hanc artem æqualiter cum parentibus meis et vitæ commoda participaturum, et ea quibus opus habuerit impertiturum, et genus ab eo demiſſum æquale fratribus maſculis habiturum, et docturum hanc artem ſi cupiant diſcere, ſine mercede et ſtipulatione. Præceptionum et auditionum et reliquæ totius doctrinæ participes facturum et filios meos et præceptoris, et diſcipulos qui mecum hanc ſtipulationem iniverunt et hoc jusjurandum medicum juraverunt, alium vero neminem.

II. Diætis utar in auxilium laborantium pro viribus et judicio meo. Damnum vero et injuriam illis defendam. Neque dabo alicui ullam medicinam mortiferam rogatus, neque ſuggeram conſilium tale, neque mulieri peſſum dabo corrumpentem. Caſte vero et ſancte exercebo vitam meam et artem meam, neque ſeca-

τὴν ἐμὴν. [12] ὑ τεμέω δὲ ὐδὲ μὴν λιθιῶνλας. [13] ἐκχωρήσω δὲ ἐργάτησιν ἀνδράσι ϖρήξιος τῆσδε. [14] ἐις οἰκίας δὲ ὁκόσας ἄν ἐσίω, [15] ἐσελεύσομαι ἐπ' ὠφελείη καμνόντων, [16] ἐκλὸς ἐὼν ϖάσης ἀδικίης ἑκυσίης, [17] κὴ φθορίης τῆς τε ἄλλης, [18] κὴ ἀφροδισίων ἔργων, [19] ἐπί τε γυναικείων σωμάτων κὴ [20] ἀνδρώων [21] ἐλευθέρων τε [22] κὴ δύλων.

V. L. III. F. 1. 27. Α δ' ἄν ἐν θεραπείη ἢ ἴδω, [2] ἢ ἄκυσω, [3] ἢ κὴ ἄνευ θεραπείης καλὰ βίον ἀνθρώϖων, [4] ἃ μὴ χρὴ ϖοτε ἐκκαλέεσθαι ἔξω, [5] σιγήσομαι, ἄῤῥητα ἡγεύμενος εἶναι τὰ τοιαῦτα. [6] Ὅρκον μὲν ἔν μοι τόνδε ἐπιτελέα ϖοιέονλι, [7] κὴ μὴ ξυγχέονλι, [8] εἰη ἐπαύρασθαι κὴ βίε [9] κὴ τέχνης, [10] δοξαζομένω παρὰ ϖᾶσιν ἀνθρώϖοις εἰς τὸν ἀεὶ χρόνον, [11] ϖαραβαίνονλι δὲ κὴ ἐϖιορκῆνλι, [12] τανανλία τετέων.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ

ΝΟΜΟΣ.

F. 2. 1. ΙΗΤΡΙΚΗ τεχνέων μὲν ϖασέων ἐςὶν ἐπιφανεςάτη. [2] διὰ δὲ ἀμαθίην τῶν τε χρεωμένων αὐλῇ [3] κὴ τῶν εἰκῇ τὲς τοιέσδε κρινόνλων [4] ϖολὺ τι ϖασέων ἤδη τῶν τεχνέων ἀϖολείϖεται. [5] ἡ δὲ τῶνδε ἁμαρλας τὰ μάλις' ά μοι δοκέει ἔχειν αἰλίην τοίηνδε. [6] ϖρόσιμον γὰρ ἰηλρικῆς μένης ἐν τῆσι ϖόλεσιν ὐδὲν ὥρισαι, ϖλὴν ἀδοξίης, [7] ἄυλη δὲ ὑ τιτρώσκει τὲς ἐξ αὐ-

bo ſane calculo laborantes, ſed locum dabo hominibus hujus negotii peritis. In qualescumque domos intrarem, ingrediar in auxilium laborantium, longe fugiens omnem injuriam voluntariam, et ſcelus aliud, et opera venerea, erga et mulieres, et viros, liberos, et ſervos.

III. Quæcunque vero inter medicandum videam, vel audiam, vel extra curationem in vitâ hominum quæ non oportet palam promanare, tacebo, celanda credens eſſe talia. Hoc jusjurandum mihi integre ſervanti et non violanti, contingat feliciter frui et vitâ et arte, honorato apud omnes homines in perpetuum, tranſgredienti autem, et pejeranti his contraria.

HIPPOCRATIS

LEX.

ARS medica omnium artium eſt præclariſſima, ſed proper ignorantiam eam exercentium, et eorum tales temere judicantium, nunc omnium artium longe viliſſima eſt. Horum autem error præcipuè mihi videtur habere talem cauſam, pæna enim arti medicæ ſolæ nulla in urbibus præſcribitur præter dedecus, hoc autem non lædit eos ex eâ con-

αὐλέης συγκειμένες. [8] ὁμοιότατοι γὰρ εἰσιν οἱ τοιόιδε τοῖσι ϖαρεισαγομένοισι ϖροσώποισιν ἐν τῇσι τραγῳδίῃσι. [9] ὡς γὰρ ἐκεῖνοι σχῆμα μὲν, ϗ στολὴν, ϗ ϖρόσωπον ὑποκριτῦ ἔχυσιν, ἄϗ εἰσὶ δὲ ὑποκριταὶ, [10] ἔτω ϗ αἱ Ἰηȣροὶ, [11] φήμῃ μὲν, ϖολλοὶ, [12] ἔργῳ δὲ ϖάγχυ βαιοί.

V. L. II. F. 2. 10. Χρὴ γὰρ ὅσις μέλλει ἰηȣρικῆς ξύνεσιν ἀτρεκέως ἁρμοζεσθαι, [2] τῶν δὲ μὶν ἐπίϐολον γενέσθαι· [3] φύσιος· [4] διδασκαλίης· [5] τρόπυ ἐυφύεος· [6] ϖαιδομαθίης· [7] φιλοπονίης· [8] χρόνυ· [9] ϖρῶτον μὲν ἓν ϖάντων δεῖ φύσιος· [10] φύσιος γὰρ ἀνλιπραλτέσης κενέα ϖάνλα· [11] φυσιος δὲ εἰς τὸ ἄρισον ὁδηγεέσης, διδασκαλίη τέχνης γίνεται· [12] ἣν μετὰ φρονήσιος δεῖ ϖεριποιήσασθαι [13] ϖαιδομαθέα γενόμενον [14] ἐν τρόπῳ ὁκοῖος ἐυφυὴς ϖρὸς μάθησιν ἔσαι. [15] ἔτι δὲ φιλοπονίην ϖροσενέγκασθαι [16] ἐς χρόνον ϖελὺν, [17] ὅκως ἡ μάθησις ἐμφυσιωθεῖσα [18] δεξιῶς τε ϗ ἐυαλδέως τὲς καρπὲς ἐξενέγκηται. [19] ὁκοίη γὰρ τῶν ἐν τῇ γῇ φυομένων θεωρίη, τοιήδε ϗ τῆς ἰηȣρικῆς ἡ μάθησις. [20] ἡ μὲν γὰρ φύσις ἡμέων, ὁκοῖον ἡ χώρη. [21] τὰ δὲ δόγμαλα τῶν διδασκόντων ὁκοῖον τὰ σπέρματα. [22] ἡ δὲ ϖαιδομαθίη, τὸ καθ' ὥρην αὐτὰ ϖεσεῖν ἐς τὴν ἄρȣραν. [23] ὁ δὲ τρόπος ἐν ᾧ ἡ μαθησις, ὁκοῖον ἐϗ τῦ ϖεριέχονλος ἦερος τροφὴ γενομένη τοῖσι φυομένοισιν· [24] ἡ δὲ φιλοπονίη ἐργασίη. [25] ὁ δὲ χρόνος ταῦτα ἐνισχύσει ϖάνλα, ὡς τραφῆναι τελέως.

V. L. III. F. 2. 27. Ταῦτα ὧν χρὴ ἐς τὴν ἰητρικὴν τεχνὴν ἐνεγκαμένες, [2] ϗ ἀτρεκέως αὐτέης γνῶσιν λαϐόλας, [3] ἔτως ἀνὰ τὰς ϖόλιας φοιλεῦνλας, [3] μὴ λόγῳ μῦνον, [5] ἀλλὰ ϗ ἔργῳ ἰηȣρὲς νομίζεσθαι. [6] ἡ δὲ ἀπειρίη κακὸς θησαυρὸς ϗ κακὸν κειμήλιον τοῖσιν ἔχυσιν αὐτέην, [7] ϗ ὄναρ, [8] ϗ ὕπαρ [9] εὐθυμίης τε, [10] ϗ εὐφροσύνης ἄμοιρος, [11] δειλίης τε, [12] ϗ θρασύτητος τιθηνη. [13] Δειλίη μὲν γὰρ ἀδυναμίην σημαίνει, θρα-

ſtantes, tales enim ſimillimi ſunt perſonis in tragœdias introductis: ſicut enim illæ habent figuram quidem et habitum et faciem eorum quos repreſentant, non vero ſunt hiſtriones, ſic et medici ſunt multi famâ quidem, opere vero valde pauci.

II. Oportet eum qui artis medicæ ſcientiam verè ſibi aptaturus eſt horum ſeipſum compotem fieri ; Indolis, doctrinæ, loci ſtudiis apti, in pueritiâ inſtructionis, induſtriæ, temporis. Primum quidem indolis, indole enim repugnante omnia irrita ſunt. Indole autem ad optimum ducente, artis inſtructio acquiritur, quam cum prudentiâ oportet comparare in pueritiâ diſcipulum exiſtentem in loco qui ad diſciplinam aptus erit, præterea induſtriam adhibere in longum tempus ut doctrina velut innata recte et feliciter fructus producat. Qualis in terrâ naſcentium contemplatio talis et artis medicæ diſciplina. Noſtra enim indoles veluti terra, præcepta doctorum velut ſemina, in pueritiâ inſtructio vult ea opportunè ſerere in arvis, locus in quo diſciplina velut nutrimentum ſuppeditatum plantis ab aëre ambienti, induſtria autem, eſt agricultura, tempus hæc omnia corroborat ut perfecte nutriantur.

III. Hæc quibus opus eſt ad medicam artem collatos et vere illius ſcientiam acceptos, ſic per urbes gradientes non ſermone ſolum, ſed opere medicos exiſtimari. Imperitia autem malus theſaurus eſt et mala poſſeſſio habentibus eam, et ſomnium, et vigilantis imaginatio, tranquillitatis animi, et lætitiæ expers, timiditatis et temeritatis nutrix. Timiditas enim impotentiam

mon-

14 θρασύτης δὲ ἀτεχνίην. 15 δύο γὰρ ἐπιστήμη τε καὶ δόξα, 16 ὧν τὸ μὲν ἐπίστασθαι ποιέει, 17 τὸ δὲ ἀγνοεῖν. 18 τὰ δὲ ἱερὰ ἐόντα πρήγματα ἱεροῖσιν ἀνθρώποισι δείκνυται, 19 βεβήλοισι δὲ, ἡ θέμις, 20 πρὶν ἢ τελεσθῶσιν ὀργίοισιν ἐπιστήμης.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ

ΠΕΡΙ

ΤΕΧΝΗΣ.

V. L. . . F. 2. 40. ΕΙΣΙ τίνες οἱ τέχνην ποιέονται, τὸ τὰς τέχνας αἰσχροποιέειν. 2 ὡς μὲν οἴονται, ἡ τῦτο διαπρησσόμενοι (ὃ ἐγὼ λέγω) 3 ἄλλ' ἱστορίης οἰκείης ἐπίδειξιν ποιεύμενοι. 4 ἐμοὶ δὲ τὸ μέν τι τῶν μὴ εὑρημένων ἐξευρίσκειν, ὅτι, καὶ εὑρεθὲν κρέσσον ἢ ἀνεξεύρετον, ξυνέσιος δοκέει ἐπιθύμημά τε καὶ ἔργον εἶναι. 5 καὶ τὸ τὰ ἡμίεργα ἐς τέλος ἐξεργάσεσθαι ὡσαύτως. 6 τὸ δὲ λόγων ἡ καλῶν τέχνη τὰ τοῖς ἄλλοις εὑρημένα αἰσχύνειν προθυμέεσθαι, ἐπανορθώσια μὲν μηδὲν, 7 διαβάλλοντα δὲ τὰ τῶν εἰδότων πρὸς τὰς μὴ εἰδότας ἐξευρήματα, ἔτι δοκέει ξυνέσιος ἐπιθύμημά τε καὶ ἔργον εἶναι, 8 ἀλλὰ καταγελὴν μᾶλλον φύσιος, ἢ ἀτεχνίης· 9 μέγοισι γὰρ τοῖσιν ἀτέχνοισιν ἡ ἐργασίη αὕτη ἁρμοζει, 10 φιλοτιμευμένων γὰρ ἐδαμᾶ δὲ δυναμένων κακίης

ὑπερ-

monſtrat, temeritas autem imperitiam. Duo enim ſcientia et opinio, quarum hæc ſcire facit, alia vero ignorare. Res vero ſacræ ſacris hominibus monſtrantur, profanis vero nefas eſt priuſquam compleverint myſteria ſcientiæ.

HIPPOCRATIS

DE

ARTE.

NONNULLI ſunt qui artem intendunt artibus dedecus inferendo ut quidem putant, non hoc facientes, ut ego puto, ſed ſuæ ſcientiæ oſtentationem facientes. Mihi vero aliquod non inventum invenire, quod inventum melius eſſet quam non inventum ſcientiæ videtur deſiderium et opus eſſe. Et etiam imperfecta ad finem deducere, ſimiliter. Sed verborum malorum artificio, quæ ab aliis inventa ſunt dedecorare velle, nihil corrigentem, traducentem vero doctorum inventa apud indoctos, non videtur ſcientiæ deſiderium et opus eſſe, ſed declaratio potius indolis vel ignorantiæ; ſolis enim artium ignaris convenit hoc opus, ambitioſe tentantium, ſed nequaquam potentium improbitati auxilium ſuppeditare

ὑπεργέειν [11] εἰς τὸ τὰ τῶν πέλας ἔργα ἢ ὀρθὰ ἐόντα διαβάλλειν, ἢ ἐκ ὀρθὰ μωμέεσθαι. [13] ὁ παρεὼν λόγος τοῖς ἐς ἰητρικὴν ἔτως ἐμπορευομένοις ἐναντιώσεται, [14] θρασυνόμενος μὲν διὰ τετέυς ἐς ψέγει, [15] εὐπορέων δὲ διὰ τὴν τέχνην, ἧ βοηθεῖ· [16] δυναμένος δὲ διὰ σοφίην ἧ πεπαίδευται.

V. L. IV. F. 3. 23. Περὶ Ἰητρικῆς, (ἐς ταύτην γὰρ ὁ λόγος) ταύτης ἓν τὴν ἀπόδειξιν ποιήσομαι. 3 Ἰητρικὴν εἶναι 4 τὸ δὴ πάμπαν ἀπαλάσσειν τῶν νοσέοντων τὰς καμάτες, 5 καὶ τῶν νοσημάτων τὰς σφοδρότητας ἀμβλύνειν· 6 καὶ τὸ μὴ ἐγκειρέειν τοῖσι κεκρατημένοισι ὑπὸ τῶν νοσημάτων, 7 εἰδότας ὅτι ταῦτα ἐ δύναται Ἰητρική.

V. L. V. F. 3. 35. Οτι μὲν ἔνιοι ἐξυγιαίνονται τῶν θεραπευομένων ὑπὸ ἰητρικῆς ὁμολογέεται. [2] ὅτι δὲ ἐ πάντες, ἐν τέτῳ ἤδη ψέγεται ἡ τέχνη. 3 καὶ φασὶν οἱ τὰ χείρω λέγοντες, διὰ τὲς ἁλισκομένες ὑπὸ τῶν νοσημάτων, καὶ τὲς ἀποφεύγοντας αὐτὰ 4 τύχῃ ἀποφεύγειν, 5 καὶ ἐ διὰ τὴν τέχνην· 6 ἐγὼ δὲ ἐκ ἀποσερέω μὲν ἐδ' αὐτὸς τὴν τύχην ἔργε ἑδενός. 9 ἔπειτα δὲ καὶ πῶς οἷόν τέ ἐσι τοῖς ὑγιανθεῖσιν ἀλλό τι αἰτιάσασθαι ἢ τὴν τέχνην, [10] εἴπερ χρώμενοι αὐτῇ καὶ ὑπεργέοντες ὑγιάνθησαν, [13] ὥσε τῆς μὲν ἐς τὴν τύχην ἀναφορῆς ἀπηλλαγμένοι εἰσὶ, [14] τῆς μέν τοι ἐς τὴν τέχνην ἐκ ἀπηλλαγμένοι. [18] ἐρεῖ δὴ ἐνταῦθα ὁ τ' ἀναντία λέγων, ὅτι πολλοὶ ἤδη καὶ ἐ χρησάμενοι ἰητρῷ νοσέοντες ὑγιάνθησαν. [19] καὶ ἐγὼ τῷ λόγῳ ἐκ ἀπισέω.

V. L. VI. F. 4. 7. Η ἀσιτίη, [2] ἢ πολυφαγίη, 3 ἢ ποτῷ πλείονι, 4 ἢ δίψῃ, 5 ἢ λεβροῖσιν, [6] ἢ ἀλεσίῃ, 7 ἢ πόνοισιν, [8] ἢ ἡσυχίῃ, 9 ἢ ὕπνοισιν, [10] ἢ ἀγρυπνίῃ, [11] ἢ τῇ ἁπάντων τέτων παροχῇ χρώμενοι ὑγιάνθησαν. [15] εἰ τοίνυν ἐπισήσεται, ἢ ἐπαινέειν, ἢ ψέγειν ὁ νοσήσας

τῶν

ditare ad aliorum opera, vel recta traducere vel non recta reprehendere. Hic præſens ſermo illis adverſatur, ſic artem medicam quæſtûs gratiâ ſequentibus, audax ſane propter eos quos reprehendit, ferax quoque propter illam artem quam adjuvat, potens autem propter ſapientiam quâ inſtruitur.

IV. De medicâ arte. (Circa hanc enim noſter eſt ſermo.) Hujus ergo hanc demonſtrationem inſtituam, penitus abigere ægrotantium labores et morborum vehementias obtundere, et non manibus attingere eos qui morbo victi ſunt, ſcientes quod ars medica hæc non poſſit.

V. Quod nonnulli ſanatorum ſanati fuerint ab arte medicâ confitetur; ſed quoniam non omnes, ob hoc jam ars reprehenditur, et dicunt iſti pejora loquentes, propter illos qui morbis laboraverunt, at evaſerunt, eos fortunâ evaſiſſe non arte, ego vero non privabo, ne ipſe quidem, fortunam operi ulli. Deinde vero quomodo fieri poteſt ſanatos aliud quid pro causâ accipere quam artem, qui illâ uſi et (illæ) ſubmiſſi, ſanati fuerunt? Ut liberati ſint a gratiam reddendo fortunæ, ſed arti gratiam reddendo non liberati ſint. Dicet jam nobis adverſa loquens, quod multi ægroti etiam ſine medici auxilio ſanati fuerint. Et hoc ego non nego.

VI. Aut inediâ aut edacitate, aut uberiore potu, aut ſiti aut balneis, aut illuvie aut laboribus, aut quiete aut ſomnis, aut vigiliâ aut his omnibus promiſcue utentes convaluerunt. Si igitur ſciet vel laudare vel reprehendere ægro-

16 τῶν διαιτημάτων τὶ, οἱόισιν ὑγιάνθη, πάντα ταῦτα τῆς ἰητρικῆς ὄντα εὑρήσει.

V. L. VII. F. 4. 18. Τὰ μὲν γὰρ ὠφελήσαντα τῷ ὀρθῶς προσενεχθῆναι ὠφέλησαν. 2 τὰ δὲ βλάψαντα τῷ μηκέτι ὀρθῶς προσενεχθῆναι ἔβλαψαν. ———

V. L. VIII. F. 4. 25. Ετι τοίνυν ἐι μὲν ἐπὶ φαρμάκων τῶν τε καθαίροντων, καὶ τῶν ἐξάντων ἡ ἴησις τῇ τε ἰητρικῇ καὶ τοῖς ἰητροῖσιν μᾶνον ἐγένετο, 2 ἀσθενὴς ἦν ὁ ἐμὸς λόγος, 3 νῦν δὲ δὴ φαίνονται τῶν ἰητρῶν οἱ μάλιστα ἐπαινέομενοι, 4 καὶ διαιτήμασιν ἰώμενοι, 5 καὶ ἄλλοισί τε ἔιδεσιν. 6 ἃ ἐκ ἄν τις φαίη, μὴ ὅτι Ἰητρὸς, ἀλλ' ἐδὲ ἰδιώτης ἀνεπιστήμων, ἀκούσας, μή ἐ τῆς τέχνης εἶναι.

V. L. X. F. 4. 43. Τὲς δ' ἐν τῇσι τῶν ἀποθνησκόντων συμφορῇσι τὴν τέχνην ἀφανίζοντας 2 θαυμάζω ὅτῳ ἐπαιρεόμενοι ἀξιοχρέῳ λόγῳ, τὴν μὲν τῶν ἀποθνησκόντων ἀκρησίην ἐκ αἰτίην καθιστᾶσι, 4 τὴν δὲ τῶν ἰητρικὴν μελετησάντων σύνεσιν, αἰτίην, 5 ὡς τοῖσι μὲν ἰητροῖσιν ἔνεστι τὰ μὴ δέοντα ἐπιτάξαι. 6 τοῖσι δὲ νοσέουσιν ἔκ ἐστι τὰ προσαχθέντα παραβῆναι. 7 καὶ μὴν πολύγε εὐλογώτερον τοῖσι κάμνουσιν ἀδυνατέειν τὰ προσασσόμενα ὑπεργέειν 8 ἢ τοῖσιν ἰητροῖσι τὰ μὴ δέοντα ἐπιτάσσειν.

V. L. XI. F. 4. 51. Οι μὲν γὰρ ὑγιαινούσῃ γνώμῃ μεθ' ὑγιαίνοντος σώματος ἐγκειρέουσι, 2 λογισάμενοι τά τε παρεόντα, 3 τῶν τε παροιχομένων τὰ ὁμοίως διατιθέντα τοῖσι παρεοῦσιν.

V. L. XII. F. 5. 1. Οι δὲ, ἅτε ἃ κάμνουσιν, 2 ἅτε δι' ἃ κάμνουσιν, 3 ἀθ', ὅ,τι ἐκ τῶν παρεόντων ἔσαι, 4 ἀθ', ὅ,τι ἓν ἐκ τῶν τετέοισιν ὁμοίων γίνεται εἰδότες, 5 ἐπιτάσσονται, 6 ἀλγέοντες μὲν τῷ παρεόντι, 7 φοβέυμενοι δὲ τὸ μέλλον, 8 καὶ πλήρεις μὲν τῆς νόσου, 9 κενοὶ δὲ σιτίων, 10 ἐθέλοντες τὰ πρὸς τὴν νοῦσον ἡδέα μᾶλλον,

tus aliquid victûs a quo ſanatus fuit, omnia hæc artis medicæ opera eſſe dicet.

VII. Quæ enim profuerunt, propterea quod recte oblata erant profuerunt, quæ vero nocuerunt, quod non recte oblata erant nocuerunt.

VIII. Præterea vero ſi a pharmacis purgantibus et ſiſtentibus ſanatio ſolum, et arti medicæ et medicis conſiſteret, infirmus eſſet meus ſermo; nunc vero apparent medicorum præcipue laudati, etiam diætis et aliis formis ſanantes, quas nemo ſane diceret, non quia medicus, ſed ne idiota ignarus audiens, non artis eſſe.

X. Eos vero ob morientium miſerias artem demoliri contendentes miror quânam fide dignâ ratione permoti morientium intemperantiam ſane cauſam non ſtatuunt, ſcientiam vero medicinam exercentium, cauſam, quaſi medicorum ſit quæ non conveniunt imperare, ægrotantium vero non ſit imperata tranſgredi, atqui rationi longe magis conſentaneum ægros non poſſe imperatis obſequi quam medicos non convenientia imperare.

XI. Hi enim ſanâ mente cum ſano corpore rem aggrediuntur, conſiderantes et præſentia, et præteritorum ea ſimiliter ſe habentia cum præſentibus.

XII. Illi vero neque quo morbo laborant, neque ob quam cauſam laborant, neque quid ex præſentibus futurum ſit, neque quid ex his quæ ſunt ejuſmodi ſcientes, imperantur, dolentes quidem ob præſentia, timentes vero futura, et gravati ſane morbo, inanes vero ciborum, volentes quæ morbo grata ſunt potius

ἢ τὰ πρὸς ὑγιείην προσδέχεσθαι. [11] ἐκ ἀποθανεῖν ἐ-
ρῶντες, [12] ἀλλὰ καρτερεῖν ἀδυνατέοντες. [16] ἀρ' ὲ πολὺ
μᾶλλον, τὲς μὲν δεόντως ἐπιτάσσειν, [17] τὲς δὲ εἰκότως
ἀδυνατέειν πείθεσθαι, [18] μὴ πειθομένες δὲ περιπίπτειν
τοῖσι θανάτοισι;

V. L. XIII. F. 5. 27. [10] Ων ἐστιν ἡμῖν τοῖσί τε
τῶν Φύσιων, τοῖσί τε τῶν τεχνέων ὀργάνοις ἐπικρατέειν,
[11] τέτων ἔστιν ἡμῖν δημιεργοῖς εἶναι, ἄλλων δὲ ἐκ ἔστιν.
[12] ὅταν ἔν τι πάθη ἄνθρωπος κακὸν ὃ κρέσσον ἐστι τῶν
ἐν τῇ Ιητρικῇ ὀργάνων, [13] ἐδὲ προσδοκᾶσθαι δεῖ ὑπὸ
ἰητρικῆς κρατηθῆναι ἄν. [15] τῶν μὲν ἔν ἡσσόνων τὰ
κρέσσω ἔπω δῆλον ὅτι κ' ἀνιήτα. [16] τῶν δὲ κρατίστων
τὰ κρέσσω πῶς ὲ δῆλον ὅτι ἀνίητα;

V. L. XIV. F. 5. 38. Ωυτός μοι λόγος κὴ ὑπὲρ
τῶν ἄλλων, ὅσα τῇ ἰητρικῇ ξυνεργέει, [2] ὧν ἁπάντων
φημὶ δεῖν ἑκάστε μὴ καταλυχόντα τὸν ἰητρὸν [3] τὴν δύ-
ναμιν ἀλιᾶσθαι τᾶ πάθεος, μὴ τὴν τέχνην.

V. L. XVI. F. 6. 1. Εστι τοῖσι ταύτην τὴν τέχνην
ἱκανῶς εἰδόσι [2] τὰ μὲν τῶν νοσημάτων ἐκ ἐν δυσόπτῳ
κείμενα, κὴ ὲ πολλὰ. [3] τὰ δ' ἐκ ἐν εὐδήλῳ κὴ πολλά
ἐστι. [4] τὰ μὲν γὰρ πρὸς τὰ ἐντὸς τετραμμένα ἐν δυσόπτῳ.
[5] τὰ δ' ἐξανθεῦντα ἐς τὴν χροιὴν, ἢ οἰδαίνοντα, ἐν εὐδή-
λῳ. [10] τῶν μὲν δὴ τοιέτων πάντων ἐν ἅπασι τὰς ἀκεσίας
ἀναμαρτήτες δεῖ εἶναι, [11] ἐκ ὡς ῥηϊδίας, ἀλλ' ὅτι
ἐξεύρηται. [12] ἐξεύρηταί γε μὴν, ὲ τοῖσι βεληθεῖσιν,
[13] ἀλλὰ τέτων τοῖσι δυνηθεῖσι. [14] δύνανται δὲ, οἷσι τά
τε τῆς παιδείης μὴ ἐκποδὼν. [15] τά τε τῆς Φύσιος μὴ
ταλαίπωρα. [16] πρὸς μὲν ἔν τὰ φανερὰ τῶν νοσημάτων
ἕτω δεῖ εὐπορέειν τὴν τέχνην. [17] δεῖ γε μὴν αὐτὴν μηδὲ
πρὸς τὰ ἧσσον φανερὰ ἀπορέειν.

quam quæ ad ſanitatem aſſumere, non mori optantes ſed patienter ferre non potentes; nonne ſane multo æquius eſt hos convenienter imperare, illos vero ſimiliter non poſſe obedire, non obedientes autem morti incidere?

XIII. Eorum inſtrumentorum, quibus et naturæ, et artis nobis datur facultas utendi, horum auxilio nobis datur opifices eſſe, aliorum vero non datur. Cum igitur aliquid malum patiatur homo quod fortius eſt medicinæ inſtrumentis non ſperare quidem oportet ut ab arte medicâ ſuperetur. Leviorum igitur morborum fortiores non manifeſtum eſt inſanabiles eſſe, fortiſſimorum autem fortiores quomodo non manifeſtum eſt inſanabiles eſſe?

XIV. Hic meus ſermo eſt etiam de aliis, quot medicinam adjuvant, in quorum omnium ſingulis, dico, medico non proſpere ſuccedente, vim morbi culpandam eſſe non artem.

XVI. Sunt illis, qui hanc artem probè noſcunt, morbi nonnulli non in obſcuro poſiti et non multi, nonnulli non in manifeſto et multi ſunt, qui enim ad interna verſi, in obſcuro, qui vero extra floreſcentes ad cutim, vel tumentes, in manifeſto; horum quidem omnium in omnibus medelas inculpatas eſſe oportet, non quod faciles, ſed quod inveniantur. Inveniantur ſane non illis qui volunt, ſed illis eorum qui poſſunt. Poſſunt vero quibus et diſciplina non eminus, et natura non infelix. De illis ergo quæ manifeſta ſunt morborum ſic oportet artem certò cognoſcere; oportet ſane illam, de illis quæ minus manifeſta ſunt non dubitare.

XVII. Sunt

V. L. XVII. F. 6. 16. Εσι δὲ ταῦτα, [2] ἃ πρός τε τὰ ὀσέα τέτραπται [3] καὶ τὴν νηδύν. [4] ἔχει δὲ τὸ σῶμα ἐμίαν ἀλλὰ πλείας. [5] δύο μὲν γὰρ αἱ τὸν σῖτον δεχόμεναί τε καὶ ἀφιεῖσαι. [6] ἄλλαι δὲ τελέων πλείας ἃς ἴσασιν οἷσι τέτων ἐμέλησεν.

V. L. XVIII. F. 6. 34. Ετι πρὸς τέτοισι καὶ φλέβες πολλαὶ, [2] καὶ νεῦρα [3] ἐκ ἐν τῇ σαρκὶ μελέωρα, [4] ἀλλὰ πρὸς τοῖς ὀσέοισι προσεταμένα, [5] σύνδεσμός ἐσι τῶν ἄρθρων.

V. L. XIX. F. 6. 40. Ου γὰρ δὴ ὀφθαλμοῖσί γε ἰδόνλι τέτων τῶν εἰρημένων ἑδενὶ ἑδέν ἐσιν εἰδέναι. [2] διὸ δὴ καὶ ἄδηλα ἐμοί τε ὠνόμασαι. [3] καὶ τῇ τέχνῃ κέκριλαι εἶναι, [4] ἐ μὴν ὅτι ἄδηλα κεκράτηκεν, [5] ἀλλ' εἰ δυναλὸν κεκράτηλαι. [6] δυναλὸν δὲ ὅσον ἅι τε [7] τῶν νοσεόνλων φύσιες ἐς τὸ σκεφθῆναι παρέχεσιν, ἅιτε τῶν ἐρευνησόνλων ἐς τὴν ἔρευναν πεφύκασι, [8] μετὰ πλείονος μὲν γὰρ πόνε, καὶ ἐ μετ' ἐλάσσονος χρόνε τοῖσιν ὀφθαλμοῖσιν ὁρᾶταί τε καὶ γινώσκελαι [9] ὅσα γὰρ τὴν τῶν ὀμμάτων ὄψιν ἐκφεύγει, ταῦτα τῇ τῆς γνώμης ὄψει κεκράτηλαι.

V. L. XX. F. 7. 8. Η μὲν (τέχνη) αἰσθανομένη, ἀξιοῖ θεραπεύειν, [2] σκοπᾶσα, ὅπως μὴ τόλμῃ μᾶλλον ἢ γνώμῃ, [3] καὶ ῥασώνῃ μᾶλλον ἢ βίῃ θεραπεύῃ.

V. L. XXI. F. 7. 20. Τῆς τέχνης τὴν δύναμιν [2] ὁκόταν τινὰ τῶν τὰ ἄδηλα νοσεύνλων ἀνασήσῃ, θαυμάζειν ἀξίωλερον, [3] ἢ ὁκόταν ἐγχειρίσῃ τοῖς ἀδυνάτοις. [19] Ιηλρικὴ δὲ τέτο μὲν τῶν ἐμπύων, [20] τέτο δὲ τὸ ἧπαρ, ἢ τὰς νεφρὰς, [21] τέτο δε τῶν ξυμπάνλων ἐν τῇ νηδύι νοσεύνλων, [22] ἀποσερεμένη τῇ δεινοψίῃ. [23] τὰ πάνλα πάνλες ἱκανωλάτως ὁρῶσιν. [24] ὅμως ἄλλας εὐπορίας συνεργὰς ἐφεῦρε, [25] φωνῆς τε γὰρ λαμπρότηλα, καὶ

βρα-

XVII. Sunt autem hæc quæ ad oſſa vertuntur et in cavitatem: habet autem corpus non unam ſed plures, duæ quidem cibum accipientes et demittentes, aliæque præterea plures quas ſciunt quibus horum curæ fuit.

XVIII. Præterea ſunt venæ multæ, et nervi non in carne exteri, ſed verſus oſſa protenſi, ligamentum fiunt articulorum.

XIX. Nemini enim jam oculis conſpicienti horum prædictorum quidlibet licet cognoſcere, quapropter etiam obſcura et mihi appellata ſunt, et ab arte æſtimantur eſſe, non ſane quia obſcura, vicerunt, ſed ſi fieri poſſit, victa eſſent. Poſſibile vero eſt quantum ægrotorum naturæ ad ſpeculandum conferunt, et indoles eorum qui perſcrutaturi ſunt ad perſcrutandum a naturâ apta eſt. Cum multo enim labore et non ſine longo tempore oculis videntur et cognoſcuntur. Quæcunque enim oculorum conſpectum effugiunt, hæc mentis conſpectu ſuperantur.

XX. Ars quidem ſentiens ſanare æquum eſſe ſentit, conſiderans quomodo non temeritate potius quam conſilio et facilitate magis quam vi medeatur.

XXI. Artis potentiam æquius eſt admirari quando aliquem eorum obſcuro morbo laborantium reſtituat quam quando impoſſibilia aggreſſa fuit. Ars medica quidem quoad eos empyemate laborantes, quoad et hepar, vel renes, quoad eos omnes cavitatis morbo laborantes privata perſpicuo conſpectu: (hæc omnia omnes planiſſimè vident) ſimul alias facultates coadjutrices invenit, vocis enim claritatem

βραδύτηλα, [26] καὶ ῥεύματα ἃ διαῤῥεῖν ἔιωθεν ἑκάστοισι, δι' ὧν ἔξοδοι δέδονται. [27] ὧν τὰ μὲν ὀδμῇσι, [28] τὰ δὲ χροιῇσι, [29] τὰ δὲ λεπτότητι καὶ παχύτητι διασαθμωμένη τεκμαίρεται. [30] ὧν τε σημεῖα ταῦτα, ἃ τε πεπονθότων, [31] ἃ τε παθεῖν δυναμένων. [32] ὅταν δὲ ταῦτα μηνεύωνται, μὴ δ' αὐλὴ ἡ φύσις ἐκοῦσα ἀφίῃ, [33] ἀνάγκας ἔυρηκεν, ᾗσιν ἡ φύσις ἀζήμιος βιασθεῖσα μεθίησιν.

V. L. XXII. F. 7. 47. Ανεθεῖσα δὲ δηλοῖ τοῖσι τὰ τῆς τέχνης εἰδόσιν ἃ ποιητέα. [2] βιάζεται δὲ τοῦτο μὲν πῦρ τὸ σύντροφον [3] φλέγμα διαχέειν, σιτίων δριμύτητι, καὶ πομάτων. [5] τοῦτο δ' αὖ πνεῦμα καθήγορον ὂν, ὁδοῖσί τε προσάντεσι καὶ δρόμοις ἐκβιᾶται καθηγορέειν. [6] ἱδρῶτάς τε τούτοισι τοῖσι προειρημένοισιν ἄγεσα ὑδατων θερμῶν ἀποπνοίησι τεκμαίρεται. [7] ἔστι δὲ ἃ καὶ διὰ τῆς κύστιος διελθόντα ἱκανώτερα τὴν νοῦσον δηλῶσαί ἐστιν, [8] ἢ διὰ τῆς σαρκὸς ἐξιόντα.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ

ΠΕΡΙ

ΑΡΧΑΙΗΣ ΙΗΤΡΙΚΗΣ.

V. L. . . F. 8. 20. ΟΚΟΣΟΙ ἐπιχείρησαν περὶ Ιητρικῆς λέγειν ἢ γράφειν ὑπόθεσιν σφίσιν αὐτέοισιν [2] ὑποθέμενοι, τῷ λόγῳ, [3] θερμὸν ἢ ψυχρὸν, ἢ ὑγρὸν, ἢ ξηρὸν [4] ἢ ἄλλ' ὁ,τι ἂν ἐθέλωσιν, ἐς βραχὺ ἄγοντες, τὴν [5] ἀρχὴν τῆς αἰτίης τοῖσιν ἀνθρώποισι τῶν

νούσων

tatem et tarditatem, et fluxiones quæ ſingulis defluere conſueverunt, per quos locos exitus dantur; quarum has quidem odore, illas colore, illas vero tenuitate et craſſitie ad amuſſim ponderans ad certum finem deducit, quarumque ſigna hæc et quæ ægri paſſi fuerunt et quæ pati valent. Quando autem hæc monſtrantur neque ipſa natura ſponte dimittat, potentias neceſſarias invenit, quibus natura, damni expers, coacta dimittat.

XXII. Stimulata autem monſtrat artis peritis quæ facienda ſunt. Cogit vero nunc quidem ignem connatum pituitam diffundere ciborum acrimoniâ, et potuum; nunc vero ſpiritum morbi monſtratorem viis arduis et curſibus cogit prodere. Sudores autem his prædictis ducens, aquarum calidarum vaporibus ad finem deducit. Sunt autem quæ per veſicam defluentia magis idonea morbum monſtrare quam per carnem exhalantia.

HIPPOCRATIS

DE

VETERI MEDICINA.

QUicunque aggreſſi fuerunt de arte medicâ dicere vel ſcribere hypotheſim ſibi ipſis ſupponentes, in verbo, calidum aut frigidum, humidum aut ſiccum vel quodcunque voluerint in breve contrahentes, principium cauſæ

νέσων τε καὶ τῷ θανάτῳ, [6] καὶ πᾶσι τὴν αὐτὴν, ἓν ἢ δύο προθέμενοι, [7] ἓν πολλοῖσι μὲν καὶ οἷσιν λέγεσι καταφανέες εἰσὶν ἁμαρτάνοντες.

V. L. II. F. 8. 32. [9] Ὥσπερ καὶ τῶν ἄλλων τεχνέων πασέων οἱ δημιεργοὶ πολλὸν ἀλλήλων διαφέρουσι [10] καὶ καλὰ χεῖρα, [11] καὶ καλὰ γνώμην. [12] οὕτω δὴ καὶ ἐπὶ ἰητρικῆς.

V. L. V. F. 9. 8. [14] Τὴν ἀρχὴν οὔτ' ἂν εὑρέθη τέχνη ἡ Ἰητρικὴ οὔτ' ἂν ἐζητήθη. [15] οὐδὲν γὰρ αὐτῆς ἔδει τοῖσιν κάμνουσι τῶν ἀνθρώπων τὰ αὐτὰ διαιτωμένοισί τε καὶ προσφερομένοισιν ἅπερ ὑγιαίνοντες ἐσθίουσι καὶ πίνουσι, [16] εἰ μὴ καὶ ἄλλα διαιτωμένοις ξυνέφερε, [17] καὶ μὴ ἦν ἕτερα βελτίω.

V. L. VII. F. 9. 23. [2] Τὰ δέ γε νῦν διαιτήματα εὑρημένα, [3] τετεχνημένα ἐν πολλῷ χρόνῳ γεγενῆσθαί μοι δοκέει. [4] ὡς γὰρ ἔπασχον πολλά τε καὶ δεινὰ ἀπὸ ἰσχυρῆς τε καὶ θηριώδεος διαίτης σώματα, καὶ [5] ἄκρητα, [6] καὶ μεγάλας δυνάμεις ἔχοντα ἐσφερόμενοι, [7] οἷά περ ἂν καὶ νῦν ὑπ' αὐτέων πάσχοιεν, [8] πόνοισί τε ἰσχυροῖσι καὶ νέσοισι περιπίπτοντες, [9] καὶ διὰ ταχέος θανάτοισιν. ἦσσον μὲν ἓν ταῦτα τότε εἰκὸς ἦν πάσχειν διὰ τὴν συνήθειαν· [10] ἰσχυρῶς δὲ καὶ τότε, [11] καὶ τοὺς μὲν πλείστους τε καὶ ἀσθενεστέρην φύσιν ἔχοντας ἀπόλλυσθαι εἰκὸς, [12] τοὺς δὲ τελέων ὑπερέχοντας πλείω χρόνον ἀνέχειν, [13] ὥσπερ καὶ νῦν ἐκ τῶν ἰσχυρῶν βρωμάτων, οἱ μὲν ῥηϊδίως ἀπαλλάσσονται, [14] οἱ δὲ μετὰ πολλῶν πόνων τε καὶ κακῶν, [15] διὰ δὲ ταύτην τὴν χρείην· καὶ ἔτοί μοι δοκέουσι ζητῆσαι τρόφην ἁρμόζουσαν τῇ φύσει, [16] καὶ εὑρεῖν ταύτην ἣ νῦν χρώμεθα.

V. L. VIII. F. 9. 36. Ἐκ μὲν ἓν τῶν πυρῶν βρέξαντες, [2] καὶ πλίσαντες πάλα, [3] καὶ καταλέσαντες, [4] καὶ διασήσαντες, [5] καὶ φορύξαντες, [6] καὶ ὀπτήσαντες, [7] ἀπολέσαν ἄρτον. [8] ἐκ δέ γε τῶν κριθέων μάζαν, [9] ἄλλά τε συχνὰ περὶ ταύτην πραγματευσάμενοι, [10] ἥψησάν τε, [11] καὶ ὤπτησαν, [12] καὶ ἔμιξαν. [13] καὶ ἐκέρασαν ἰσχυρά

morborum et mortis hominibus, et omnibus idem, unum vel duo proponentes, in multis quidem quæ dicunt plane decepti ſunt.

II. Veluti et aliarum omnium artium opifices multum inter ſe differunt manu et mente, ſic etiam et in medicinâ.

V. Principium non habuiſſet ars medica neque quæſita eſſet, minime enim illâ opus eſſet hominibus laborantibus, eâdem diætâ utentibus et aſſumentibus, quam bene valentes edunt et bibunt. Si non aliâ diætâ utentibus proſit et alia non ſit melior.

VII. Cibaria quæ nunc ſunt inventa, arte excogitata longo tempore producta eſſe mihi videntur, cum enim patiebantur (homines) multa et gravia a robuſtâ et ferinâ diæta quoad corpora, ingerentes et immixta et magnas vires habentia, qualia etiam et nunc ab illis paterentur doloribus vehementibus et morbis incidentes et cito morti. Minus quidem veriſimile eſt hæc tunc eos pati propter conſuetudinem, vehementer autem etiam tunc. Licet veriſimile eſt plurimos et infirmiorem habitum habentes perire, illorum vero robuſtiores diutius reſtitiſſe, ſicut etiam nunc a fortibus eduliis nonnulli quidem facile liberantur, alii cum multis doloribus et malis propter autem hanc neceſſitatem, et illi mihi videntur quæſiviſſe diætam convenientem habitui, et inveniſſe hanc quâ nunc utimur.

VIII. Ex tritico igitur irrigantes et pinſantes omnia et molentes, et cribro concutientes, et ſubigentes, et aſſantes fecerunt panem. Ex hordeo vero mazam, aliaque multa circa hanc rem facientes coxeruntque, et aſſarunt et miſ-

χυρά τε καὶ ἄκρηα τοῖσιν ἀσθενεστέροις· πλάσσοντες πάντα πρὸς τὴν τῦ ἀνθρώπυ φύσιν τε καὶ δύναμιν· [15] ἡγεύμενοι ὅσα μὲν ἰσχυρότερα ἢ ὑ δυνήσεσθαι κρατέειν ἡ φύσις ἦν ἐσβάληαι. [16] ἀπὸ τῦτων δ' αὐτῶν πόνυς τε καὶ νόσυς καὶ θανάτυς ἔσεσθαι. [17] ὅσων δ' ἂν δύνηαι ἐπικρατέειν, ἀπὸ τυτέων [18] τροφήν τε, [19] καὶ αὔξησιν, [20] καὶ ὑγιείην. [21] τῷ δ' εὑρήματί τι ἂν ἓν ὄνομα δικαιότερον ἄν τις προσῆκον μᾶλλον θεῖτο ἢ Ιητρικὴν; [22] ὅτι εὕρηαι ἐπὶ τῇ τῦ ἀνθρώπυ ὑγιείῃ τε καὶ τροφῇ καὶ σωτηρίῃ [23] ἄλλαγμα κείνης τῆς διαίτης, ἐξ ἧς οἱ πόνοι καὶ νοῦσοι γίνονται.

V. L. IX. F. 10. 1. [5] Ετι γὰρ καὶ νῦν οἱ τῶν γυμνασίων τε καὶ [6] ἀνακλήσιων ἐπιμελέμενοι, [7] ἀεί τι προσεξευρίσκυσι, [8] κατὰ τὴν αὐτὴν ὁδὸν ζητέοντες, ὅ,τι, τὶς ἔδων τε καὶ πίνων [9] ἐπικρατήσει τε καὶ αὐτέων μάλιστα, [10] καὶ ἰσχυρότερος ἐωυτῷ ἔσται.

V. L. X. F. 10. 3. [16] Οἱ δὲ ζητήσαντές τε καὶ εὑρόντες Ιητρικὴν, τὴν αὐτέην κείνοισι διανοιαν ἔχοντες περὶ ὧν μοι ὁ πρότερος λόγος εἴρηται, [17] πρῶτον μὲν ὤιμαι, ὑφεῖλον τῷ πλήθεος τῶν σιτίων αὐτέων τυτέων, [18] καὶ ἀντὶ τῶν πλεόνων ὀλίγα ἐποίησαν.

V. L. XI. F. 10. 19. [4] Αλλ' ἦσαν τινες (τῶν καμνόντων) ἔτως ἔχοντες, ὡς μηδ' ὀλίγων σιτίων δύνασθαι ἐπικρατέειν, [5] ἀσθενέστερα δή τινος ἐδόκεον οἱ τοιῦτοι δεῖσθαι, [6] ἕυρον ῥοφήματα [7] μίξαντες ὀλίγα τῶν ἰσχυρῶν πολλῷ τῷ ὕδατι, [8] καὶ ἀφαιρεόμενοι τὸ ἰσχυρὸν τῇ κράσει τε καὶ ἑψήσει.

V. L. XII. F. 10. 23. Οκόσοι δὲ μηδὲ τῶν ῥοφημάτων ἐδύναντο ὑποκρατέειν. [2] ἀφεῖλον καὶ ταῦτα, [3] καὶ ἀφίκοντο ἐς πώματα [4] καὶ ταῦτα τῇσι τε χρήσεσι, [5] καὶ τῷ πλήθει διαφυλάσσοντες ὡς μετρίως ἔχῃ, [6] μήτε

πλέω

cuerunt, et temperaverunt fortia et immixta imbecillioribus, aptantes omnia et ad hominis naturam et poteſtatem, putantes quæcunque fortiora erant, non potuiſſe ſuperare naturam, ſi ingerantur ab his ipſis,autem dolores et morbos et mortem futuram eſſe; quæcunque autem potuit (natura) ſuperare, ab illis nutrimentum et augmentum et ſanitatem. Huic autem inventioni quid nomen æquius, magis ſane pertinens,aliquis daret quam artem medicam? Quandoquidem inventa fuit ad hominis ſanitatem, et nutrimentum et ſalutem, mutatio iſtius diætæ ex quâ dolores et morbi fiunt.

IX. Adhuc etiam ii qui gymnaſiorum et virium recreationis curam gerentes ſemper aliquod inveniunt ſecundum eandem viam, inveſtigantes quod quis edens et bibens ſuperet alios præcipue, et fortior ſeipſo ſit.

X. Illi quidem qui inveſtigaverunt et invenerunt medicam artem (eandem cum illis cogitationem habentes de quibus meus prior ſermo dicit) primum quidem puto, ſubtraxerunt e copia iſtorum ciborum, et pro multis paucos ſtatuerunt.

XI. Sed erant quidam (laborantium) ſic ſe habentes ut ne cibos modicos potuerint ſuperare. Imbecillioris cujuſdam ſane videbantur tales indigere. Inveniebant ſorbitiones miſcentes pauca fortiorum multâ aquâ et auferentes quod forte erat miſturâ et coctione.

XII. Quicunque vero ne etiam ſorbitiones potuerunt ſubigere. Suſtulerunt etiam has, et deſcenderunt ad potus, et hos uſu et copia moderantes ut mediocriter haberent, neque

plures

πλέιω τῶν δεόντων, 7 μήτε ἀκρηέστερα προσφερόμενοι, 8 μήδ' ἐνδεέστερα, 9 εὖ δὲ χρὴ εἰδέναι τῦτο ὅτι τὰ ρο-φήματα ἐν τῇσι νέσοισιν ἐ ξυμφέρει, 10 ἀλλ' ἄντικρυς, ὅταν τῦτο ποιήσωσι, παροξύνονται σφίσιν ὅι,τε πυρετοὶ κὴ τὰ ἀλγήματα. 11 κὴ δῆλον τὸ προσενεχθὲν τῇ μὲν νέσῳ τροφή τε κὴ ἄυξησις γενόμενον, 12 τῷ δὲ σώματι φθίσις τε κὴ ἀῤῥωστίη.

V. L. XIII. F. 10. 39. 13 Πάντα δὴ τὰ ἄιτια τῦ πόνυ εἰς τὸ αὐτὸ ἄγεται, 14 τὰ ἰσχυρότατα μάλιστά γε κὴ ἐπιφανέστατα λυμαίνεσθαι τὸν ἄνθρωπον, 15 κὴ τὸν ὑγιέα ἐόντα, 16 κὴ τὸν νοσέοντα.

V. L. XV. F. 11. 18. 9 Ουκ ἔλασσον ἁμάρτημα, ἐδὲ ἧσσον λυμαίνεται τὸν ἄνθρωπον ἢν ἐλάσσονα κὴ ἐνδέεστερα τῶν ἱκανῶν προσφέρηται, 14 πολλὰ δὲ κὴ ἄλλα κακά, 15 ἑτεροῖα μὲν τῶν ἀπὸ πληρώσιος, 16 ἐκ ἧσσον δὲ ἁμα δεινὰ κενώσιος.

V. L. XVI. F. 11. 25. Μέτρον δὲ 2 ἐδὲ σταθμὸν, 3 ἐδὲ ἀριθμὸν ἐδένα ἄλλον, 4 πρὸς ὃ ἀναφέρων ἔιση 5 τὸ ἀκριβές, ἐκ ἂν ἐυροίης ἄλλο ἢ τῦ σώματος τὴν ἄισθησιν. 7 ἐγὼ τῦτον τὸν ἰητρὸν ἰσχυρῶς ἐπαινέοιμι, τὸν σμικρὰ ἁμαρτανέοντα. 8 τὸ δ' ἀκριβὲς ὀλιγάκις ἐστὶ κατιδεῖν.

V. L. XVIII. F. 11. 47. Οτι δὲ ἐδὲν ἐλάσσυς ἀπὸ κενώσιος ἀκαίρυ κακοπάθειαι γίνονται τῷ ἀνθρώπῳ, 2 ἢ κὴ ἀπὸ πληρώσιος, 3 καταμανθάνειν καλῶς ἔχει, ἐπαναφέροντας ἐπὶ τὰς ὑγιαίνοντας.

V. L. XIX. F. 12. 1. 6 Οι μὲν γὰρ ἢν ἀριστήσωσι μὴ ξυμφέροντος αὐτέοισιν, 7 ἐυθὺς βαρέες, κὴ νωθροὶ τὸ σῶμα, 8 κὴ τὴν γνώμην, 9 χάσμης τε, 10 κὴ νυσταγμῦ, 11 κὴ δίψης πλήρεις, 12 ἢν δὲ ἐπιδειπνήσωσι, 14 κὴ φύσα, 15 κὴ στροφὸς, 16 κὴ ἡ κοιλίη καταῤῥήγνυται. 18 τῦτο δὲ εἰ ἀριστᾶν μεμαθηκῶς τις, κὴ ὅτως αὐτεῷ ξυμφέρον μὴ ἀριστήσῃ 19 ὅταν τάχιστα παρέλθῃ ἡ ὥρη, 20 ἐυθὺς ἀδυ-

plures quam oporteret, neque meraciores, offerentes, neque viliores. Sed bene ſcire oportet hoc, quibus ſorbitiones in morbis non conducunt, ſed penitus, cum hoc faciunt, exacerbantur illis febres et dolores, et manifeſtum eſt quod datum fuit et morbo nutrimentum et augmentum fieri, corpori autem tabeſque et infirmitas.

XIII. Omnes cauſæ morbi ad hoc reducuntur, fortiſſima edulia maxime et manifeſtiſſime lædere hominem et ſanum exiſtentem et ægrum.

XV. Non minor eſt culpa, neque minus lædit hominem ſi minora et viliora quam convenit, offerantur. Multa quidem et alia mala, diverſa ſane illis a plenitudine, non minus ſimul gravia ab inanitate.

XVI. Modum, neque pondus, neque numerum ullum alium ad quem referens cognoſces juſte, neque invenias alium quam corporis ſenſum. Ego iſtum medicum valde collaudarem paululum peccantem, ſed exactam certitudinem raro videre contingit.

XVIII. Quòd vero minime minores ab inanitate intempeſtivâ afflictiones homini accident quam a plenitudine facile nobis eſt cognoſcere ratiocinationem transferentibus ad ſanos.

XIX. Nonnulli enim ſi prandeant illis non convenientia, ſtatim graves et ſegnes in corpore et mente, hiatu, et oſcitatione et ſiti pleni, ſi vero inſuper cænaverint, et flatus, et inteſtinorum tormina et venter prorumpitur, ad hæc vero ſi quis conſuetus prandere, et illi ſic conveniens non pranderet quamprimum adve-

ἀδυναμίη δεινὴ· 21 τρόμος, 22 ἀψυχίη, 23 ἐπὶ τέτοισιν ὀφθαλμοὶ χλωρότεροι, 24 ἔρον πακὺ καὶ θερμὸν, 25 στόμα πικρὸν, 26 καὶ τὰ σπλάγχνα οἱ δοκέει κρεμᾶσθαι. 27 σκοτοδίνη, 28 δυσοργίη, 29 δυσθυμίη· 30 ταῦτα δὲ πάνλα ὅταν δειπνεῖν ἐπιχειρήσῃ, 31 ἀναλίσκειν δὲ ὁ δυνατὸς ὁ ἀριστιζόμενος ἢ πρότερον ἐδείπνει· 32 ταῦτα δὲ αὐτὰ μετὰ στρόφε τε καὶ ψόφε καταβαίνοντα 33 συγκλείει τὴν κοιλίην. 34 δυσκοιλέεσί τε 35 καὶ ἐνυπνιάζονται τεταραγμένα καὶ θορυβώδεα· 36 πολλοῖσι δὲ καὶ τετέων αὐτὴ ἀρχὴ νέσε ἐγένετο.

V. L. XXII. F. 12. 50. 7 Εστω μοι ἄνθρωπος μὴ τῶν ἰσχυρῶν φύσει, ἀλλὰ τῶν ἀσθενεστέρων, 7 ἔτος δὲ πυρὲς ἐσθιέτω ὡς ἂν ἀπὸ τῆς ἄλω ἀνέλῃ ὠμὲς καὶ ἀργές· 9 καὶ κρεὰ ὠμά. 10 καὶ πινέτω ὕδωρ 11 ταύτῃ χρώμενος τῇ διαιτῃ, εὖ οἶδ' ὅτι πείσεται πολλὰ καὶ δεινά, 12 καὶ γὰρ πόνες πονήσει 13 καὶ τὸ σῶμα ἀσθενὲς ἔσαι. 14 καὶ ἡ κοιλίη φθαρήσεται. 15 καὶ ζῆν πολὺν χρόνον ἐ δυνήσεται.

V. L. XXIII. F. 13. 16. 8 Οἶδα μὲν γὰρ καὶ τάδε δήπε, ὅτι διαφέρει εἰς τὸ σῶμα τὸ ἀνθρώπε 9 καθαρὸς ἄρτος ἢ συγκομιστὸς 10 ἢ ἀπτίστων πυρῶν, ἢ ἐπλισμένων, 11 ἢ πολλῷ ὕδατι πεφυρημένος, ἢ ἀφύρητος 12 ἢ ἔξοπλος, ἢ ἔνωμος, 13 ἀλλά τε πρὸς τετέοισι μυρία. 14 ὡς δ' αὕτως καὶ περὶ μάζης. 15 καὶ αἱ δυνάμιες δὲ μεγάλαι τε ἑκάστε, 16 καὶ ἐδὲν ἡ ἑτέρη τῇ ἑτέρῃ ἐοικυῖα. 18 ὑπὸ γὰρ ἑνὸς ἑκάστε τετέων πάσχει τε καὶ ἑτεροιῶται ἄνθρωπος, ἢ τοῖον, ἢ τοῖον.

V. L. XXIV. F. 13. 29. 3 Καλῶς καὶ λογισμῷ προσήκοντι ζητήσαντες, πρὸς τὴν τὲ ἀνθρώπε φύσιν ἔυρον αὐτὰ, οἱ πρῶτοι ἐυρόντες, 4 καὶ ὠήθησαν ἀξίην τὴν τέχνην θεῷ προσθεῖναι, 5 ὡς καὶ νομίζεται. 6 ἐ γὰρ τὸ ξηρὸν, ἐδὲ τὸ ὑγρὸν, ἐδὲ τὸ θερμὸν, ἐδὲ τὸ ψυχρὸν,

ἐδ'

nerit hora, ſtatim impotentia gravis, tremor, animi deliquium, præterea oculi pallidi, urina craſſa et calida, os amarum, et viſcera illi videntur pendere, tenebricoſa vertigo, ira placatu difficilis, animi dejectio, hæc vero omnia ubi cænare aggrediatur, concoquere autem non valens pranſus quæ prius cænavit, hæc cum inteſtinorum torminibus et ſtrepitu deſcendentia obſerant alvum, male dormiunt, et ſomniunt perturbate et tumultuoſe, multis vero horum hoc principium fit morbi.

XXII. Sit mihi homo non ex fortibus naturâ, ſed imbecillioribus, hic vero triticum edat quod ex area ſuſtulerit, crudum, et non elaboratum, et carnes crudas, et bibat aquam, hâc uſus diætâ bene ſcio quod patietur multa et gravia, et doloribus laborabit, et corpus imbecille erit, et alvus corrumpetur, et diu vivere non valebit.

XXIII. Scio quidem et hæc nimirum, quod interſit corporis hominis, purus ſit panis, an cum furfure commiſtus, vel ex tritico non decorticato, vel decorticato, vel multâ aquâ ſubactus, vel non ſubactus, vel penitus aſſus, vel crudus, aliaque præter hæc millia. Sic ſimiliter de mazâ. Poteſtates quoque magnæ ſingulorum, et altera minime alteræ ſimilis, ab unoquoque enim horum ſingulo afficitur et mutatur homo, vel hoc, vel illo modo.

XXIV. Pulchre et ratiocinatione convenienti inveſtigantes ſecundum hominis naturam invenerunt hæc primi inventores, et putaverunt medicam artem dignam Deo aſcribi, (ut etiam lege ſancitur) non enim ſiccum neque

ὐδ' ἄλλο τελέων ὐδὲν ἡγησάμενοι, ἤτε λυμαίνεσθαι, [8] ἤτε προσδεῖσθαι ὐδενὸς τελέων τὸν ἄνθρωπον, [9] ἀλλ' ὅ,τι ἰσχυρὸν ἑκάστε, [10] καὶ τὸ κρέσσον τῆς Φύσιος τῆς ἀνθρωπίνης [11] ἢ μὴ ἐδύναλο κραλέειν, [12] τῆτο βλάπλειν ἡγήσανλο· [13] καὶ τῆτο ἐζήτησαν ἀφελέειν. [20] ἔνι γὰρ ἀνθρώπῳ [21] καὶ πικρὸν, [22] καὶ ἁλμυρὸν, [23] καὶ γλυκὺ, [24] καὶ ὀξὺ, [25] καὶ στυφνὸν, [26] καὶ πλαδαρὸν, [27] καὶ ἄλλα μυρία [28] παντοίας δυνάμιας ἔχονλα, [29] πλῆθός τε καὶ ἰσχὺν. [30] ταῦτα μὲν μεμιγμένα καὶ κεκρημένα ἀλλήλοισιν [31] ἔτε φανερά ἐστιν, [32] ἔτε λυπέει τὸν ἄνθρωπον.

V. L. XXV. F. 13. 44. Οταν δέ τι τῶν τετέων ἀποκριθῇ [2] καὶ αὐτὸ ἐφ' ἑωυτῆ γένηται, [3] τότε καὶ φανερόν ἐστι, [4] καὶ λυπέει τὸν ἄνθρωπον.

V. L. XXVI. F. 14. 3. [3] Ισχύς τε, [4] καὶ ἄυξησις, [5] καὶ τροφὴ μάλιστα δι' ὐδὲν ἕτερον γίνεται, [6] ἢ ὅτι εὖ τε συγκέκρηται, [7] καὶ ὐδὲν ἔχει ἄκρηον, [8] ὐδὲ ἰσχυρόν, [9] ἀλλ' ὅλον ἔν τε γέγονε, [10] καὶ ἁπλόον, [11] καὶ ὐκ ἰσχυρόν.

V. L. XXIX. F. 14. 55. [17] Οσοι ἂν διὰ χιόνος ἢ ἄλλης ψύξιος βαδίσαντες ῥιγώσωσι διαφερόντως, πόδας ἢ χεῖρας ἢ κεφαλὴν, [18] οἷα πάσχουσιν ἐς τὴν νύκτα ὅταν περισταλέωσί τε καὶ ἐν ἀλέῃ γένωνται, [20] ὑπὸ καύματος καὶ κνησμῦ, [21] καὶ ἔστιν οἷσι φλυκταῖναι ἀνίστανται ὡς ἀπὸ πυρὸς καταπεκαυμένοισι· [22] καὶ ἐ πρότερον τῦτο πάσχουσι, πρὶν ἢ θερμανθῶσιν.

V. L. XXXI. F. 15. 34. [3] Οσοισιν ἂν ἡμέων κόρυζα ἐγγένηται, [4] καὶ ῥεῦμα κινηθῇ διὰ τῶν ῥινέων, [5] τῦτο ὡς πολὺ δριμύτερον τᾶ πρότερον γινομένε τε καὶ ἰόντος [6] ἐκ τῶν ῥινέων καθ' ἑκάστην ἡμέρην, [7] καὶ ὀιδέειν μὲν ποιέει τὴν ῥῖνα, [8] καὶ συγκαίει θερμήν τε καὶ διάπυρον ἐσχάτως. [9] ἢν δὲ τὴν χεῖρα προσφέρῃς, [10] καὶ πλείω

humidum, neque calidum, neque frigidum, neque quicquid aliud horum judicantes neque lædere hominem, neque aliquo horum hominem insuper egere, sed quodcunque singulorum forte, et potentius humanâ naturâ, quod non potuit superare, hoc lædere judicaverunt, et hoc quærebant auferre. In homine enim est amarum, et salsum, et dulce, et acre, et acerbum, et insipidum, et multa alia omnigenas potestates habentia,et copiam et robur, hæc quidem mixta et temperata aliis neque manifesta sunt neque lædunt hominem.

XXV. Sed ubi quid horum separatur, et per se extiterit, tunc quidem manifestum est et lædit hominem.

XXVI. Et robur, et incrementum, et nutrimentum præcipue per nihil aliud fit quam quando et bene simul misceantur, et nihil est non commistum, neque prævalens, sed totum unum fit et simplex, et non prævalens.

XXIX. Quicunque per nives vel aliud frigus iter facientes frigescent supra modum pedibus, vel manibus, vel capite, qualia patiuntur in nocte quando circumcirca tegantur et in calore ponuntur, ab æstu et pruritu, et accidit, ut nonnullis superveniant Phlyctænæ velut ab igne combustis, et hoc non patiuntur priusquam calefiant.

XXXI. Quibuscunque nostrûm gravedo oriatur et fluxus moveatur per nares, hic ut plurimum acrior eo prius existente, et fluente per nares, singulis diebus, et tumescere facit nasum et adurit calentem et inflammatum extreme. Si autem manum admoveas, et diutius adsit,

πλείω χρόνον παρῇ, [11] καὶ ἐξελκῦται τὸ χωρίον ἄσαρκόν τε καὶ σκληρὸν ἐόν. πάυεται δέ πως τόγε καῦμα ἐκ τῆς ῥινὸς, [13] ἐχ ὅταν τὸ ῥεῦμα γίνηται, [14] καὶ ἡ φλεγμονὴ ᾖ. [15] ἀλλ' ἐπειδὰν παχύτερόν τε καὶ ἧσσον δριμὺ, [16] πέπον τε καὶ μεμιγμένον μᾶλλον τῷ πρότερον γινομένῳ, [17] τότ' ἤδη καὶ τὸ καῦμα πέπαυται. [18] ἄλλοισι δὲ ὑπὸ ψύχεος φανερῶς αὐτῦ μόνυ γίνεται, μηδενὸς ἄλλυ ξυμπαραγενομένυ.

V. L. XXXII. F. 15. 52. Οσα τ' αὖ ἐπὶ τὰς ὀφθαλμὰς τρέπεται τῶν ῥευμάτων, [2] ὡς ἰσχυρὰς καὶ παυλοίας δριμύτητας ἔχοντα, [3] ἑλκοῖ μὲν βλέφαρα, [4] καίεσθαι δὲ ἐνίων γνάθυς τε καὶ τὰ ὑπὸ τοῖσιν ὀφθαλμοῖς, [5] ἐφ' ὅ,τι ἂν ἐπιῤῥυῇ, [6] ῥήγνυσί τε καὶ διεσθίει τὸν ἀμφὶ τὴν ὄψιν χιλῶνα, [7] ὀδύναι δὲ καὶ καῦμα [9] καὶ φλογμὸς ἔσχατος καθέχει μέχρι τινὸς, [10] μέχρις ἂν τὰ ῥεύματα παυφθῇ, [11] καὶ γένηται παχύτερα, [12] καὶ λήμη ἀπ' αὐτέων ἔιη.

V. L. XXXIII. F. 16. 2. Τῦτο δ' ὅσα ἐς τὴν φάρυγγα, [2] ἀφ' ὧν βράγχοι γίνονται, [3] κυνάγχαι, [4] ἐρυσιπέλατα, [5] περιπλευμονίαι. [6] πάντα ταῦτα τὸ μὲν πρῶτον ἁλμυρά τε καὶ ὑγρὰ καὶ δριμέα ἀφίει. [7] καὶ ἐν τοῖσι τετεοῖσιν ἔῤῥωται τὰ νοσήματα. [8] ὅταν δὲ παχύτερα καὶ πεπαίτερα γένηται, [9] καὶ πάσης δριμύτητος ἀπηλλαγμένα, [10] τότ' ἤδη καὶ οἱ πυρετοὶ λύονται, [11] καὶ τἄλλα τὰ λυπέοντα τὸν ἄνθρωπον.

V. L. XXXIV. F. 16. 16. [2] Οταν πικρότης τις ἀποχυθῇ, [3] ἣν δὴ χολὴν ξανθὴν καλέομεν, [4] οἷαι ἅσαι, [5] καὶ καῦμα, [6] καὶ ἀδυναμίαι κατέχυσιν; [7] ἀπαλλασσόμενοί τε τετέυ ἐνίοτε, [8] καὶ καθαιρόμενοι, [9] ἢ αὐλόμαλοι, [10] ἢ ὑπὸ φαρμάκυ, [11] ἢν ἐν καιρῷ τι αὐλέων γένηται. [12] φανερῶς καὶ τῶν πόνων καὶ τῆς θέρμης ἀπαλλάσσονται. [13] ὅσον δ' αὖ χρόνον ταῦτα μετέωρα [14] ἢ καὶ ἄπεπτα [15] καὶ ἄκρητα, [16] μηχανὴ ἐδεμίη ἔτε τῶν πό-

νων

etiam exulceratur locus minime carnoſus, et durus licet exiſtens. Ceſſat autem aliquo modo, hic fervor in naribus, non quando fluxus fit et inflammatio ſit, ſed poſtquam craſſior et minus acris, coctuſque, et magis miſtus exiſtente priùs. Tunc ſane etiam ardor ceſſat. Aliis vero a frigore ipſo ſolo manifeſte contingit, nullo alio accedente.

XXXII. Quæcunque fluxiones in oculos vertantur ut fortes et omnigenas acrimonias habentia, ulcerant palpebras, erodunt autem nonnullorum genas, et partes quæ ſub oculis ſunt in quaſcunque defluxerit, rumpuntque et peredunt tunicam circa oculum, dolores vero et ardor et inflammatio extrema conſiſtit, tamdiu donec fluxiones concoquantur et fiant craſſiores et lemæ ab illis fiant.

XXXIII. Quinetiam quæcunque in pharynga a quibus raucedines fiunt ; anginæ, eryſipelates, peripneumoniæ, omnes hæ quidem primo ſalſæ et humidæ et acres deſcendunt, et in his omnibus firmantur morbi, quando vero craſſiores et concoctiores fiunt, et omni acrimonia liberatæ, tunc ſane et febres ſolvuntur et alia hominem nocentia.

XXXIV. Quando amaritudo quædam effundatur, quam bilem flavam vocamus, quales anxietates, et ardor, et impotentiæ conſiſtunt! Ubi liberati hâc et purgati, vel ſponte, vel a medicinâ, ſi opportune quid horum fiat, manifeſte et a doloribus et ardore liberantur, quamdiu autem hæc elevata vel et incocta et intemperata, nullâ arte neque a doloribus neque febribus ceſſandum eſſe, et quibus quidem acres con-

νων παύσασθαι, ὅτε τῶν πυρετῶν, [17] καὶ οἵσι μὲν ὀξύτητες προσίσανται δριμεῖαί τε καὶ ἰώδεες, [18] οἷαι λύσσαι, [19] καὶ δήξιες σπλάγχνων καὶ θώρηκος, [20] καὶ ἀπορίη; [21] ἃ παύεται τελέων πρότερον πρὶν ἀποκαθαρθῆ τε καὶ καλασορεσθῆ, [23] καὶ μιχθῆ τοῖσιν ἄλλοισι.

V. L. XXXVI. F. 16. 49. [18] Εμοὶ δοκέει ἀναγκαῖον εἶναι πανὶ Ιηρῷ, περὶ Φύσιος εἰδέναι, [19] καὶ πάνυ σπεδάσαι, ὡς ἔισηαι, [20] (εἰ πέρ τι μέλλει τῶν δεόντων ποιήσειν,) [21] ὅ τι ἐστιν ἄνθρωπος πρὸς τὰ ἐσθιόμενα καὶ πινόμενα, [22] καὶ ὁ τι ἀφ' ἑκάστου ἑκάστῳ συμβήσεται.

